

Tomo I.

Homo sine  
gratia quid  
possit.Iusta d. 21.  
q. 10.

re ad gratiam, nec possint bonum velle formaliter. Ut sit una ratio ex parte amoris gratuitus, prout Deus mouet in his, quae sunt gratiae. Dicemus enim, quod secundum Augustinum 8. super Gen ad litteram, nisi Deus operaretur interiorius in his, quae sunt naturae, extincta esset operatio naturae. Simili ergo modo, nisi Deus operaretur in creaturis in his, quae sunt gratiae, extinctus esset omnis processus ad gratiam. Nisi enim Deus moueret creaturam ad gratiam, non posset creatura procedere ad gratiam, nec adipisci gratiam. Secundum quem modum dieemus in rebus esse duplices impetus a Deo factos. Sunt enim quidam impetus divini in rebus, prout Deus mouet res naturaliter, qui impetus si essent extinti, extincta esset omnis operatio naturae.

Sunt autem alii impetus, secundum quos Deus mouet ad gratiam, qui si non essent, nulla esset receptio gratiae. Hoc ergo modo, ut testigimus, homo adipiscitur gratiam, quia Deus semper, vel quasi semper, quamdiu sumus viatores, facit huiusmodi impetus in animabus nostris, quos possumus sequi, & non sequi, sequendo autem eos, adipiscimur gratiam. non sequendo, remanemus in culpa, quos etiam impetus facit Deus in Angelis bonis, quos ipsis sequentes, adepti sunt gratiam. Angelii autem malii volentes praevenire diuinam ordinationem, non sunt securi, vel non expectauerunt hos diuinos impetus, sed voluerunt adipisci beatitudinem per naturam, quam debuerunt velle adipisci per hos impetus, siue per hos impulsus, & per gratiam. Manifesta est ergo ratio, quare Daemones sunt obstinati in malo, & non possunt redire ad gratiam, quia sine diuinis impulsibus ad gratiam, nulla creatura rationalis potest gratiam adipisci. Hos autem diuinos impulsus, & hos diuinos impetus, diuina iustitia exigente, Deus non vult facere in Demonibus. facit enim Deus in eis suos impetus, & suos impulsus, prout operantur communiter, & uniuersaliter in his, quae sunt naturae, non autem facit huiusmodi impulsus, vel huiusmodi impetus, prout operantur in his, quae sunt gratiae. Ideo sicut organum diuins a principali agente, nihil potest de se facere, sic Daemones, quantum ad ea, quae sunt gratiae, derelicti a Deo, nunquam possunt diuinam gratiam adipisci.

Impetus di  
uini, curia  
Demonib.  
non sunt.

Terc. 3.

Est autem hoc rationi congruum, quod, quando res aliqua est in via, quod impellatur donec deueniat ad terminum. postquam autem est in termino exigit aequitas, & iustitia, ut non ulterius impellatur. Quamdiu ergo nos sumus in via, siue sumus boni, siue mali, semper, vel quasi semper Deus nos impellit ad bonum: nos vero, quia sumus liberi arbitrij, possumus hos impulsus sequi, & non sequi, quos sequendo, si sumus mali, boni sumus: & si boni sumus, sumus magis boni. Hos autem impulsus sequendo, ad Deum conuertimur. Ideo natura, & origine praeueniunt huiusmodi impulsus, & postea eos sequendo, ad Deum conuertimur, ut legitur: Con-

A uerte nos domine, & conuertemur. Nisi enim ipse prius faceret huiusmodi impulsus, per quos quantum in se est, nos conuertit, nos minimè per nos ipsos conuerti possemus. & sicut nos impulsus sequendo conuertimur ad Deum, sic ab eis nos diuertendo, aduertimur a Deo. Quam diu ergo sumus in via, tales impulsus fiunt, quos sequendo meremur: vel quia non iusti, sumus iusti, & adipiscimur gratiam: vel quia iusti, sumus magis iusti, & meremur augmentum gratiae.

Sed quando creatura rationalis iam est in termino, siue ille terminus sit bonus, quia adepta est beatitudinem aeternam: siue sit malus, quia est adepta damnationem aeternam, loquendo de praemio essentiali, non ulterius potest mereri, nec demereri, nec fieri in ea huiusmodi impulsus ad merendum esse præmium. Sicut ergo natura, nisi impulsa esset a Deo in his, quae sunt naturae, non posset in aliquam operationem naturali: sic creatura rationalis, nisi impulsa esset a Deo in his, quae sunt gratiae, non posset gratiam adipisci. Et quia Diabolus non est amplius viator, & est iam in termino, exigit diuina iustitia, ut nunquam impellatur ad ea, quae sunt gratiae, & nunquam possit de cætero gratiam adipisci.

B \* D. Thos.  
sent. d. 7. q.  
1. art. 3. Et  
1 par. q. 6.  
art. 1. Et q.  
disq. d. Ver.  
q. 27. art. 4.

Aduertendum autem, quod de hac materia agitur infra ultima quæstione 21. distin. ubi dicta iuvant ad hæc dicta, & econuerso, hæc dicta ad ibi dicta.

C Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte amoris electivi, & prout Angelus, mouet se per liberum arbitriu m, & per modum electivi, & prout Angelus mouet se naturaliter ad aliquid volendum, & per rem aliquam naturaliter apprehensam, qui motus, & est electivus, & est naturalis: electivus quidem est, quod nisi vellet rem iam apprehensam, non moueret se ad eam: naturalis quidem est, quia detulitus naturæ suæ, potest hoc modo se mouere. Secundum hunc autem motum, secundum quem mouetur a seipso, consequens est, quod omnia velit propter seipsum. Nam si derelictus suæ naturæ, potest per hunc motum se mouere: & quia hoc motus seipsum mouet, secundum hunc motum propter seipsum se mouet, & nihil secundum hunc motum possit supra seipsum velle, sed omnia propter seipsum velit. Ideo veritatem habet illud commune verbum, quod natura semper est curua, quia semper ad seipsum reuertitur, quia quicquid vult, propter seipsum vult, & ut reuertatur semper in seipsum: ut omnia propter seipsum velit. quia, ut liquido patet, ipsa natura sibi derelicta, supra seipsum se leuare non potest: secundum quem modum, nihil vult supra se, sed omnia propter se. Igitur Daemon secundum hunc motum nunquam poterit adipisci gratiam, sed semper remanebit in sua superbia, quia in omnibus fum hunc motu querit seipsum, & suam excellentiam, quod est peccatum superbie, id si bonum vult, non vult bene, quia deberet in illo bono

D

bano quærere Deum, & quærere aliquid supra A se ipsi autem querit suam excellentiam, & quærit se, ideo bonum, quod vult, nō vult bene, quia non vult ea modo, quo debet velle. Secundum hunc ergo modum nunquam potest adipisci gratiam, nec potest esse penitus, ut mereatur gratiam, quia cum secundum hunc modum ferat in se, non poterit fieri supra se.

Tertia via ad idem sumetur ex ipso motu naturali, prout quælibet creatura rationalis, naturaliter inclinatur, ut mouatur in Deum propter se, & super omnia, quo adeptio, quiescit quædam ad omnia. Lætitia illud Augu. 1. confit. Ad te nos fecisti Domine, & inquietum est eorū nostrum, donec requiescat in te. Iste autem motus naturalis, nō est nisi quædam inclinatio naturalis, & quædam aptitudo naturæ, ut tendat in Deum, & diligat ipsum super omnia. Sed nunquam aptitudo ad aliquid facit illud adipisci, nisi actu mouatur ad illud. Cum ergo hæc aptitudo sit ad aliqd supra se ipsum, nunquā aliquid poterit hoc modo moueri per se ipsum. Oportet ergo, q̄ a Deo impellamus secundum actum, ad hoc, q̄ illa aptitudo reducatur in actum. Habent ergo Dæmones naturalia splendida, & integra, quia nihil amiserunt de his, quæ sunt naturæ. Amen ratione culpa, natura in eis est ita pistrata per culpam, q̄ non potest resurgere ad gloriam. Est enim natura Dæmonum facta ad Deum, & ut tendat in Deum super omnia, sed illa aptitudo non potest reduci ad actum sine diuino impulsu, & exigente diuina iustitia: Deus nunquam impellit Dæmones ad gloriam, & ut tendat in eum super omnia, dicuntur autem Dæmones secundū Dionysium habere oculos clausos, & non aduersere huiusmodi impetus naturales, quia aptitudinem, quam habent per naturam, non possunt reducere in actum, ut diligent Deū propter se, & super omnia.

Ad secundum dicendum, q̄ Dæmones desiderant bonum & pulchrum, sed hoc nō agunt pulchre, nec bene, quia in omnibus his querunt propriam excellentiam, in quibus deberent principiter quærere Deum, ut qui gloriatur in Domino gloriatur. Vnde & Isidorus de summo bono lib. 1. c. 10. dans differentiam inter bonos Angelos & Diabolos, ait, q̄ Angeli semper in Deo gaudent, non in se: Malus vero, quia in se, ex hoc est Diabolus, quia non quæ Dei, sed quæ sua sunt requisiuit.

Ad tertium dicendum, q̄ syndesis, ut est impetus naturalis, in bonum est, & contra malum, sed Dæmones secundum propriam electionem ab huiusmodi impetu se auertunt. Vel possumus dicere, quod non possunt illos impetus sequi, nisi a Deo iuuentur, & impellantur, sed non decet diuinam iustitiam eos sic iuuare, & impellere.

Ad quartum dicendum, q̄ Dæmones credunt & contremiscunt, & hoc bonum est, sed huiusmodi bonum non agunt bene, quia non agunt ex electione, sed quasi coacte. Vident enim pot-

iam Dei, vnde coguntur contremiscere, & credere ipsum esse unum potestem omnia.

Ad quintum dicendum, q̄ culpa, & superbia eorum crescit, quantum ad demeritum penitentia dentalis, quod non erit in infinitum, sed usque ad diem iudicij. Usque enim ad tempus illud, amantes propriam excellentiam tentant, & vexant Homines, in quo demerentur accidentaliter, & crescit eorum accidentalis pena. sed post diem iudicij non minus querent propriam excellentiam, at huiusmodi amor propriæ excellētia, quia nullo modo erunt in statu merendi, vel demerendi, nec essentialiter, nec accidentaliter, dicetur esse peccatum sed pena peccati. Ex eoruū enim culpa, hanc penam habebunt, & habent inflictam, ut nunquam Deus in eis faciat aliquos speciales impetus ad bonum, quos sequēdo possint conuerti ad bonum, & eleuare se supra se, sed semper in omnibus suis actionibus, non nisi se, & suam excellentiam querent. Vnde semper remanebunt obstinati in suo peccato.

### Dub. Lateralis.

**V**erbis fortitudinis forte dubitat et aliquis de istis tribus motibus, vide licet Naturali, Electivo, & Gratuito. Quomodo se habent, & quomodo differunt. Dicendum, q̄ primo differunt, quo ad principia, quia principium motus naturalis est ipsa natura, vel est Deus, ut est generaliter agens, & vi generaliter dat naturali omnibus rebus. Secundum principium motus electivū, ut hic de talis motu loquimur, est ipsum liberum arbitrium, sibi derelictū, vel est ipsa creatura rationalis, ut est mouens seipsum per formam apprehensionis, & per liberum arbitrium: sed principium motus gratuitū, est ipsa gratia, quæ se habet ad liberum arbitrium, ut secesserit ad equum, dirigens liberum arbitriū ad actus diuinos, ut secesserit dirigere equum, vel est ipsa tota Trinitas, & appropriate Spiritus sanctus dans huiusmodi gloriam, ita q̄ aliter est Deus motor in motu naturali, dans naturam, quia hoc est, ut operatur in rebus naturalibus generaliter, & aliter est motor Deus, & appropriate Spiritus sanctus in motu gratuito, quia hic est specialiter, prout specialiter est dans gloriam creaturæ rationali.

Secundo differunt hi tres motus quantum ad actum, quia motus naturalis potest esse sine actu. Nam sufficit ad tales motum, q̄ sit ibi quidam impetus naturæ, vel quædam inclinatio naturalis: sed motus electivus, qui est a libero arbitrio secundum se considerato, & motus gratuitus, qui est a gratia, valēt a Deo propriè sumptū, semper importans aliquem actum.

Tertio differunt hi tres motus, quantum ad actionem, & passionem, quia in motu naturali, & gratuito, res mota magis se habet, ut patiens, q̄ ut agens. & ideo cū graue mouetur naturaliter deorum, nō dī se mouere, sed magis dī moueri a generante, q̄ dedit sibi naturam illā. Sic etiam

Tom. I.

Dæmones  
nihil ammi  
serunt de his,  
qua sunt a  
miserunt.

Dæmones  
oculos clau  
sos quo in  
teleguntur.

Dæmones  
fusca tig.  
mavat.

Dæmon  
pena, &  
dentalis

Amoris n  
aturalis, el  
ectivū, & gr  
atuitū.

Gratis ad  
berum arbit  
riū, se h  
bet, ut seces  
sor ad equum.

Motus nat  
ralis quo pa  
cto differat  
a motu gra  
tuitū.

*In motu gratuito, creatura rationalis nō dicitur se mouere, sed moueri dicitur à Deo, vel appropriate à Spiritu sancto, qui dedit sibi gratiam.*

*Et ideo in tali motu creatura rationalis magis agitur, quām agat. Iuxta illud ad Romanos: Qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Sed in motu electivo, qui est à libero arbitrio sibi derelicto, creatura rationalis dicitur mouere se ipsam per formam apprehensam, & per libertum arbitrium.*

*Gratia mihi agitur, quām agitur, ex D. Ioh. Rom. 8.*

Quarto differunt hi motus quantum ad meritum, & quantum ad elevationem supra se, quia motus naturalis, qui est à natura, non eleuat creaturam supra se, idest supra suam natu- raw, cum sit ab ipsa natura. propter quod talis motus non est meritorius, nisi sit perfectus per gratiam, sic etiam motus electivus, in quo crea- turam rationalis mouet se, non potest eleuare crea- turam rationalem supra se, nec potest esse meri- torius, nisi sit perfectus per gratiam.

Solus ergo motus gratuitus, quo motu mo- uer solus Deus, quia non infundit gratiam, nisi solus Deus, eleuat creaturam rationalem supra se: & est meritorius. Per hunc enim motum me- remur beatitudinem, & gloriam, quod est bo- num supernaturale, & super omnem creaturā rationalem, quae creatura rationalis, tenet prin- cipatum inter omnes creature, quia secundum Philosophum in de bona fortuna. Nihil est ra- tione superius, nisi Deus. Hoc ergo motu gra- tuito mouentur solum viatores, & à solo Deo, & impetus ad huiusmodi motum gratuitum fa- cit in solis viatoribus solus Deus. Decet enim di- uinam iustitiam, ut quam diu creatura rationa- lis est in via, faciat in ea impetus ad gratiam, & stet ad ostium cordis, vel mentis creature ratio- nalis, & pulsat, ut intret conferendo sibi gratia. Sed postquam creatura rationalis est in termino; non decet diuinam iustitiam vterius facere tales impetus, nec pulsare ad ostium mentis, ut intret ad creaturam rationalem sibi gratiam co- ferendo. Et ideo, quia sine diuino auxilio non- potest hoc fieri, quia sicut esset extincta opera- tio naturæ, si Deus subtraheret suam opera- tionem intrinsecam, vt dicit Augustinus 9. super Gen. sic est omnino extinctus motus ad susci- piendam gratiam, si Deus ad hoc agendum suum auxilium subtrahat. Dæmones ergo, & ani- mæ damnatae: quia non sunt vterius in via, sed in termino, subtrahente Deo per exigentiam suæ iustitiae suam operationem intrinsecam, tam à

Tomo 3.

Dæmonib, & ait dama- te cur impo- nuntates.

Dæmonibus, quam ab animabus damna- tis, extinctus erit motus in eis ad su- ceptionem gratiae, vt non pos- sint de cætero, nec penite- re meritoriè, nec gratiam adi- pisci.

A

## Q V E S T I O II.

*De Angelorum potentia cognitiva.*

E I N D E queritur de Angelis malis, & etiam bonis, quantū ad naturalem potentiam cognitiuam. Propter quod queritur de eorum naturali cognitione, & diuinatione. Circa quod queruntur quatuor. Primo: Vtrū naturali cognitione cognoscant futura. Secundo: Vtrum cognoscant cogitationes mentis. Tertio: Vtrum in eorum iudicio possit cadere error. Quarto: Vtrum possint de aliquibus diuinare.

## A R T I C. I.

*An Angeli futura cognoscere possint. Conclusio est negativa.*

Aegid. q. de cogn. Ang. q. 10. Et 1. Quol. q. 10. D. Tho. 1. p. q. 57. artic. 3. Et q. 86. artic. 4. Et de ver. q. 8. artic. 12. Et de Malo q. 16. artic. 7. Et Opusc. 3. cap. 335. & 136. De Bonauen. d. 7. p. 2. artic. q. 3. Ric. d. 7. q. 6. Dur. d. 7. q. 3. Barth. Syb. cap. 6. Dec. 3. q. 1.

C



D primum, sic proceditur: vi- derur, quod Dæmon, vel etiani Angelus naturali cognitione possit futura cognoscere. Nam vt dicit in lib. de causis in pro- positione secunda, Intelligētia parificatur æternitati. Habet ergo suam opera- tionem in æternitate, & supra tempus, vt ibidem dicitur. sed tale quid non magis respicit præterita, quām futura. ergo Angelus equaliter cogno- scit, præsentia, & futura.

D

Præterea si esset de ratione cognoscibilis, q præsentialiter esset, tunc nihil esset cognitum, nisi præsens. Deus ergo futura nesciret. Angelus ergo si non cognoscit futura, hoc non erit ratio- ne cognoscentis, cum habeat apud se species, & nihil recipiat à rebus. Nec ratione ipsius cognoscibilis, cum non oporteat cognitum, secundum quod huiusmodi, esse præsens. Nullo ergo modo est date causam, quare non cognoscit futura.

Præterea cognitio qualibet est secundum mo- dum rei cognoscētis, non secundum modum rei cognitæ, secundum Boetium in libro de con- solatione. sed cum Angelus non habeat cogni- tionem, nisi intellectuam: & huiusmodi cogni- tio abstrahat ab hic, & nunc; non differt quan- tum ad cognitionem Angeli, vtrum cognitum sit nunc, vel non sit nunc, & vtrum sit præsens, vel futurum.

Præ-

Præterea species in mente Angeli sunt causa-  
tæ ab ideis diuinis, ita, q̄ illæ sunt factiæ, & re-  
præsentatiæ, sed species in mente Angeli sunt  
repræsentatiæ tantum, non ergo quantum ad ra-  
tionem efficiendi, sed cognoscendi, idem erit iu-  
dicium de ideis diuinis, & speciebus Angelicis,  
sed idea diuinæ sunt ratio cognoscendi præsen-  
tia, & futura: ergo &c.

**I N C O N T R A R I V M** est, quia magis vi-  
detur, q̄ Angelus cognoverit futura ad se pertinē-  
tia, quām alia, sed illa non cognovit, quia nō fuit  
præciosus sui casus, vt patuit per Aug. II. de Ciui.  
& II. super Gen ergo &c.

**III. 41.** Præterea dicitur Isa, Annunciate, quæ ventu-  
sa sunt in futurum, & sciens, quia Dij estis vos/  
soli ergo Dei est futura cognoscere.

### R E S O L V T I O .

*Angelus nec bonus, nec malus futura potest cognoscere certitudine villa, cum ipsi Angeli futura nō cognoscant in se, nec in suis causis, nisi coniectura quadam.*

**R E S P O N D E O** diendum, quod cognoscere aliiquid, vel hoc est in se, vel in suis causis. Ostendemus autem, q̄ nec Daemones, nec Angeli naturali cognitione possunt futura cognoscere, nec in suis causis, nec in se.

**Futura qua-  
druplicia.** Quia non in suis causis sic declaratur. Dico-  
mus enim, quod futura quadrupliciter se possunt  
habere, quia, vel sunt necessaria, vel sunt, vt in  
plaribus, vel sunt vt raro, vel sunt ad vtrumlibet.  
Ex quo contingens est duplex, videlicet ad vtrū-  
libet, quod non est magis ad hanc partem, quām  
ad illam, & nō ad vtrumlibet, quod est magis ad  
vnam partem, quām ad aliam, potest tamen im-  
pediri, q̄ dicitur contingens sāpē, ideo oportet,  
q̄ etiam sit contingens raro, quod opponitur ei,  
quod est contingens sāpē.

**Contingens  
duplex.** Daemones autem naturali cognitione nō pos-  
sunt scire contingens ad vtrumlibet in suis cau-  
sis, quia talia non habent determinatas causas.

**Ad utrum-  
libet.** Quod enim in suis causis determinatè non est,  
consequens est, quod ibi determinatè cognosci  
non possit.

**Ratio quid.** Secundo non possunt hoc modo cognoscere  
contingens raro, quia tale quid est per accidens,  
& a cau- , nec propriè reducitur in causam, sed in  
defectum cause, vel in inopinatum concursum  
causarum: vt si aliquid habet determinatam cau-  
sam possibilem impediri, vt sāpē veniet illud, sed  
vt raro, & ex impedita causa continget oppositū.  
Huiusmodi autem impeditio causa contingens  
poterit ex concursu aliquiū alterius causæ, vt pu-  
ta quia hæc inferiora sunt supercelestibus subdi-  
ta. ex concursu generationis istius ad constellatio-  
nem contrariam, ppterit impediri generatio eius.  
Ideo dictum est in 2. de Gen. Quia nō omne ge-  
nerabile de necessitate generabitur. Ex concursu  
ergo huius constellacionis contraria, vel ex con-  
cursu alterius causæ impeditis, poterit fieri cor-  
ruption in se: vine, & esse defectus in generatione.

**A** & quia tales concursus sunt inopinati, & per ac-  
cidens, nec reducuntur in aliquam causam certiā  
per se, ideo naturali cognitione, nec Angelus, nec  
Demon potest tale contingens cognoscere in suis  
causis.

Tertiò certitudinaliter naturali cognitione, sāpē.  
non poterunt cognoscere contingens innatum,   
vel contingens sāpē. Nam eo ipso, q̄ talia contin-  
gentia possunt impediiri, & aliquando impediun-  
tur, non habent omnino necessariam causam, &  
de ipsis per suas causas certitudinalis cognitione ab  
Angelis haberri non potest.

Quartò etiam de ipso futuro necessario natu-  
raliter non omnimodam certam cognitionē ha-  
bent. Illud enim vocamus futurum necessarium,  
quod sām hunc ordinem, quē videmus, impediiri  
nō potest, sicut sunt eclipses solares, vel lunares,  
ortus, & occasus siderū, &c. hmoī. Pōt enim de ta-  
libus esse sciētia omnino certa in vniuersali, quā-  
tum ad suas causas, vt q̄ hmoī coniunctio hmoī  
eclipsim causat. Sed q̄ hæc eclipsis tali hora eue-  
niat, omnimodam certitudinem naturaliter crea-  
tura non habet, eo q̄ euam in talibus aliquando  
accidit aliiquid præter natura cursum, vt bellante  
Iosue: Sol stetit, vt habetur in Iosue in horolo-  
gio Achaz reuersus est Sol. x. Lineis per gradus,  
quos descenderat. In passione domini eclipsatus  
est Sol in plenilunio. Propter quod dicit Dion. in  
Epistola ad Pollicarpum, quod non erat tunc tem-  
pus conuentus, idest non erat tūc tempus, q̄ de-  
berent conuenire Sol, & Luna. Nullum ergo fu-  
turum est, q̄ per superiorē causam non possit  
impediti, ex quo sub futuritione cadit, ergo & de  
talibus omnimoda certitudo naturaliter non po-  
test haberri à creatura, quia in suis causis creatiis,  
quas creatura potest naturaliter cognoscere, om-  
nimodam stabilitatem non habent. Sed quæ fu-  
tura sunt secundum diuinam prouidentiam, &  
ea, quæ ibi relucunt, nullo modo impeditur, q̄a  
omnia relucent ibi tanquam præsentia, propter  
quod omnia ab eo præuisa, & ordinata, sām q̄ hu-  
iūsmodi quandam necessitatē habent, quantū  
cunque in se sint contingentia. quia, vt diximus,  
totus descursum rerum ad Deum comparatur  
tanquam ad præsens: & omne præsens, sām quod  
huiusmodi, est quid necessarium, sicut omne, qđ  
est, quando est, necesse est esse. Quæ ergo videtur  
in ipso Deo, vel, quæ Deus revelat sic futura esse,  
possimus certitudinaliter scire: sed quæcunq; fu-  
tura sunt, secundum q̄ huiusmodi, naturali co-  
gnitione nō oīmode certè sciri possūt à creatura.

**D** Habito, q̄ Daemones, vel etiam Angeli natu-  
raliter de futuris in suis causis omnimodam cer-  
tam cognitionem non habent., volumus ostendere, q̄ futura in se non cognoscunt.

Aduertendum tamen, q̄ cum dicimus Ange-  
los naturaliter nō cognoscere futura in suis cau-  
sis per certitudinem, hoc ideo verum est, quia ta-  
lia secundum, q̄ huiusmodi possunt impediti.  
quia ergo plus impeditur contingens raro, quām  
ad vtrumlibet: & plus contingens ad vtrumq;, q̄  
contingens innatum, vel sāpē: & plus tale con-  
tingens,

Eclipsi  
pastore di  
fuit in pl  
nilunio.

1. Perihel.  
sub fixum

tingens, quād id, quod est necessarium secundū A naturae cursum, oportet in cognitione talium futurorum prout cognoscuntur in suis causis, adesse gradus quosdā. Suppositis ergo talibus gradibus in cognitione futurorum per suas causas: volumus declarare, quōd huiusmodi futura in se angeli naturaliter non cognoscunt. Nam q̄c. quid cognoscitur, oportet, quōd sit præsens cognoscēti, & quōd comparetur ad cognoscēti tanquam ad præsens: & quia, quod est futuram potest habere præsentem causam, poterit de futuro haberi cognitio per suam causam, sed tunc de ipso futuro haberetur cognitio secundum se, quando ipsum futurum in se esset, vt quid præsens cognoscēti, vel compararetur ad cognoscēti tanquam ad præsens, quod in solo Deo veritatē habet. Quod duplīciter declaratur. Primo ex parte cognoscēti. Secundo ex parte cognoscibilis.

Prima via sic patet: Imaginabimur enim, vt communiter ponitur, quōd sic se habent res in ordine vniuersi, sicut se habent aliqua ordinata in loco, vt si essent multi homines, vt puta centum, vel mille linealiter dispositi, unus ante alium, quilibet videret, quod est ante se, nullus autem, quod est post se. Sed si esset aliquis homo extra ordinem illum, quia non compararent ei illi homines, aliqui, vt anteriores: aliqui, vt posteriores: totum illum ordinem hominum sic linealiter dispositorum vno intuitu contueri posset, sed quia nulla creatura est absoluta ab ordine vniuersi: potest creatura naturali cognitione cognoscere, quæ fuerunt ante, vt, quæ fuerunt in præterito, non autē quæ erūt post in futuro. Cūlibet ergo creaturæ tanquam existenti in hoc ordine, futura respōdent, vt futura: & præterita, vt præterita, sed Deus, qui est supra istum ordinem, totum hunc ordinem vno intuitu contuetur, & oīa principaliter videt.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte rei cognoscibilis, vel ex parte obiecti cognitionis. Dicere enim possumus, quōd omnis creatura intuetur aliquid extra se. Nam quælibet creatura habet alia à se tanquam principale suæ cognitionis obiectum. Solus autem Deus non nisi se ipsum tanquam principale obiectum cognitionis cognoscit, & cognoscendo se, cætera alia intuetur. Vnde, & Aug. 83. q. quæstione de ideis dicit: Non enim extra se possumus quicquid intuebatur, vt secundum id constitueret, quod consti-tuebat. Nam hoc opinari, vt ait, sacrilegium est. Deo ergo omnia sunt præsencia, quia omnia intuetur ī seipso, qui sibi maximè præfens est. Ideo ita vocat, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, vt dicit ad Romanos, quia omnia in se præsentialiter videt: ita, q. & futura, & præterita ibi nō expectantur nec prætereunt, sed omnia ibi præsentialiter cernuntur. Vnde Augu. 15. de Ciui. Dei, ait, quod Deus omnia nouit, vt nec ea, quæ dicuntur præterita: nec ea, quæ dicuntur futura, quasi desint expectentur, vt veniant, sed & præterita, & futura cum prætentibus sunt cun-

cta præsentia, & in vno conspectu simul præsto sunt vniuersa. Sed quælibet creatura, & etiam ipsi angelii habent aliquid aliud tanquam principale obiectum. Nam naturæ rerum, quarum habent species, sunt principale obiectum cognitionis ipsorum. Cū ergo oīs huiusmodi naturæ, vel quātū ad essentialia, vel quātū ad accidēta ha-beat & pteritionē, & futuritionē in suis suppositis; quia aliqua ibi prætereunt, & esse desinunt, aliqua adueniunt, & esse incipiunt; necesse est ipsos angelos non habere omnia præsentia, nec naturali cognitione omnia præsentialiter intueri. Quia ergo, vt diximus, ille cognoscit futura in se, cui futura non sunt futura, sed præsentia: quia quicquid actualiter cognoscimus, actualiter, & præsentialiter representatur nobis; nulla creatura futura in se naturaliter cognoscit, nec cognoscit ea certitudinaliter in suis causis. Ideo talium naturaliter plenam cognitionem non habet. Sed si ipsum Deum posset videre naturaliter, haberet de eis naturalē cognitionē, & certā.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quōd intelligentia particatur æternitati. Quia operatio eius non mensuratur tempore propriè sumpto, sicut mensuratur operatio animæ. Nam operatio animæ est mouere corpora: motus autem corporum mensuratur tempore propriè sumpto. Ideo dicitur & anima esse in orizonte æternitatis, & esse inter tempus, & æternitatem, quia substantiam habet in æternitate, & operationem in tempore. Sed opera-tio intelligentiæ, quæ est intelligere, non cadit sub tempore propriè sumpto, ideo tota dicitur esse in æternitate, non q. in operibus eius nō sit aliqua successio, sed quia secundum operationē non cadit sub tempore propriè sumpto. Igitur quia intelligentia successionem habet in operibus suis, non omnia intelligit vno intuitu, & simul: nec oīa respondent ei, vt præsentia, pp qđ de ipsis futuris certā oīmode cognitionē nō hēt.

*Animæ sub  
stantia in æ-  
ternitate  
operatio ac-  
tem in te-  
pore.*

Ad secundū dicendum, q. id, qđ præsentialiter cognoscit, cognoscit actū & præsentialiter re-præsentat cognoscēti. pp qđ nec Deus certè cognosceret futura, nisi futura se haberet ad eū quia si præsentia. Peccabat ergo argumētū ī materia, & accipiebat falsa. Nā & Deus nō cognosceret futura, nisi se haberet ad Deū, vt præsentia. Et si angelus hēt species futurorū, nō cognoscet p species illas huiusmodi futura, nisi qn sient præsen-tia, vel nisi quia sunt in suis causis, vt præsentia, & illa, q. necessario fm hūc ordinē, quē videm⁹, euénient, & q. hoc modo impediti non possunt, de talibus possunt habere certā cognitionē sub hac conditione, nisi Deus naturæ cursum vellet aliter immutare: vel possunt habere certā cognitionem, si reuelatum sit eis, q. in talibus nō im-mutabitur ordo rerū, habet itaque angeli natura-liter cognitionē de futuris, qn incipiunt præsen-tialiter esse, quā nō habebat qn futura erant. sed hoc nō est, q. cognitionē accipiāt à rebus. sed q. res ipse mutatæ sunt, & incipiūt representari p species illas, quæ prius non representabantur.

Ad

Ad tertium dicendum, quod omnis intellectus dicitur habere abstractionem secundum hic, & nunc; sed aliter hoc est in Angelis; aliter in hominibus. In hominibus enim est huiusmodi abstractione, & quantum ad species intelligibiles, quae non habent esse hic, & nunc; & quantum ad ipsa obiecta cognoscibilita. quia intellectus noster recto aspectu non cognoscit nisi universalia, sed intellectus Angelii habet abstractionem quantum ad species intelligibiles, non autem quantum ad ipsa obiecta cognoscibilita. Nam & ipsa singularia recto aspectu cognoscit; & ideo, cum sunt presentia, offerunt se intellectui angelico, non autem cum sunt futura, nisi habeant praesentes causas, in quibus certitudinaliter cognoscantur.

Ad quartum dicendum, qd licet species in me tibus Angelorum derivatae sint ab ideis diuinis, valde tamen deficiunt ab huiusmodi ideis, nec eodem modo comparantur res ad intellectum Angelicum, qui non omnino est a tempore liber: & ad Deum, qui totum tempus praestantialiter intuetur.

### A R T I C . II.

#### *An Angelii cordium cogitationes cognoscant. Conclusio est negativa.*

Aegid.de cogn. Ang.q.11. D.Tho.1.p.q.57.artic.4. Et 2.sen. d.7.q.1.artic.2. Et de Ver.q.8.artic.13. Et de Malo. q.16. artic.8. Henr. Gand. Quol. 3.q.13. Gabriel leq.31.can. 50. Et d.13.q.2.artic.4. D. Bonauend.8.p.2.artic.1.q.6. Ric.d.8.q.20.Holkoth.2.sen.q.4.Capr.d.8.q.1. Th.Arg. d.7.q.1.arti.2.Greg.d.9.q.1.Dur.d.8.q.5.Barth.Syb.cap. 7.Dec.3 q.2.



E c v n d o queritur: Vtrum Dæmones, vel Angelii naturali cognitione cognoscant cogitationes cordi. Et videtur, quod sic. quia sicut corpus figuratur nunc per hanc figuram, nunc per illam: ita & intellectus figuratur per speciem, per quam actualiter intelligit, nunc per istam, nunc per illam. Sed nos nunc possumus cognoscere figuras, per quas figurantur corpora, ergo & Angelii habentes intelligibilem cognitionem de rebus intelligibilibus, cognoscere species, per quas actu formatur intellectus. propter quod scimus, de quibus actualiter cogitamus.

Præterea cognitione est per assimilationem, sed constat, quod maior est assimilatio specierum in mente Angelii ad species intelligibiles in nobis, & vel in mente alterius Angelii, quam ad formas sensibiles in materia existentes. sed potest angelus per species, quas habet apud se, cognoscere formas in materia existentes, ergo poterit per illas species cognoscere species intelligibles in mente nostra, vel in mente alterius An-

### Quæst. II.

A geli, & per consequens scire poterit cogitationes mentis.

Præterea Angelii, siue boni, siue mali, cognoscunt effectus in suis causis. cum ergo ipsi cognoscant substantiam animæ nostræ, vt potentias, & habitus, si qui sunt ibi, cognoscent & cogitationes, quæ causantur ex ipsis.

Præterea actus est magis cognoscibilis, quam habitus, & quam potentia, quia actualior est. cu ergo Daemon, vel Angelus cognoscet potentias, & habitus in nobis existentes, multo magis cognoscet actus, & cogitationes, quia actualiores, & per consequens cognoscibiliotes.

I N C O N T R A R I V M est, quod dicitur Hier. Regum: Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego Dominus.

Præterea 1. ad Corint. ait Apostolus: Quæ sunt hominis, nemq. nouit nisi spiritus hominis, qui est in ipso. sed cogitationes nostræ maximè sunt nostræ, & maxima sunt intimæ nobis, ergo minimè sciunt ab uno alio spiritu creato, nisi a spiritu nostro, quia solum spiritus noster est in nobis, siue in seipso. Nullus autem aliis spiritus creatus est, vel esse potest in ipso.

Hie. 17. Et. 1.  
Reg. 1.

Corint. 1.2.

### R E S O L V T I O.

*Angelii cogitationes nostras in se, siue per se naturali quadam cognitione videre haudquam possunt, sed quibusdam tantum signis, nobisque ignotis, eas quodammodo, sed non certitudine, cognoscunt.*

R E S P O N D E O dicendum, quod Aug. si superficialiter considerentur eius dicta, videtur sibi in hac materia contradicere. Nam in lib.de Ecclesi. Dogma, dicit internas animæ cogitationes Diabolum non videre, certi sumus. In 12.tamen super Gen. ait, quod illi, id est, spirituales substantiae siue Dæmones, nostras cogitationes etiæ, si nolumus, moverunt. nos autem cogitationes ipsorum, nisi nobis ostendantur, nosse non possumus.

Ad soluendam ergo hanc controveriam, dicemus, quod ipsas cogitationes in se, naturali cognitione, nec Angelii, nec Dæmones videre possunt, per quædam tamen signa, etiam nobis inuitis, nostras cogitationes sciunt, propter quod veritatem habet dictum Augustini negantis Dæmones cogitationes nostras scire, si accipiuntur in se. & veritatem habet dictum eius hoc affirmantis, quod nobis inuitis cogitationes nostras cognoscant, si loquamur de cognitione cogitationum non per se, sed per quædam signa. hæc ergo duo declarabimus in questione præsenti.

Propter primum sciendum, quod Angelii ipsas cogitationes in se non cognoscunt. Vident enim intellectum nostrum, & species intelligibles, quas habemus apud nos, & vident etiam, quæ specie, vel quibus speciebus utimur. Nam secundum

Tomos.

Tomos.

secundum doctrinam Aug. in pluribus locis de A Trin. cum actualiter aliquid cogitamus, a specie, quæ est in memoria, fit aliquid simile in intellectione. Potest ergo Dæmon, vel Angelus videre, qua species utimur videndo in ipsa intellectione, cuius speciei aliquid simile efficitur. Videntur enim negare, etiam magni dicentes, quæ species intelligibiles cognoscunt, sed non vsum earum. Quia si appellant vsum specierum ipsas cogitationes, quæ ad hoc utimur speciebus ad cogitandum, sicut utimur equo ad equitandum, tunc supponitur, quod queritur. Sed si appellant vsum specierum, quia nesciunt, quæ specie utimur ad cogitandum, patet falsum esse, quod dicitur. Nam illa specie utimur, cuius similitudo in intelligentia gignitur, & quia hoc clare cognoscunt Angelii de intellectu nostro, & Angelii superiores de inferioribus, licet non inferiores de superioribus, quia non possunt eorum conceptus comprehendere: Videatur ergo, quæ Angelii de nobis, & superiores Angelii de inferioribus, ipsas in se cogitationes scirent, quia clare cognoscunt, quæ specie utimur.

*Angeli cur non cognoscunt futura contingencia, nec cognitionem cogitationes?*

Aduertendum igitur, quæ idem est rem aliquam esse indeterminatam, & determinationem eius esse ignorantiam. Sicut ergo Angelii nesciunt res futuras, antequam determinantur, & sicut præsentia, & maxime futura contingentia, quæ possunt esse sic, & aliter, ita nesciunt cogitationes nostras, non quod ipsæ determinatae non sint, sed quia eatum determinatio Angelis non est nota. Diceamus enim, quæ per unum, & idem nullo modo in re mutatu, possumus cogitare multa, quantumcunque illud sit notum Angelo, poterit idem in generali, quæ cogitamus de hoc, vel de illo: sed in speciali, de quo cogitemus, scire non poterit. ex quo non aliter offertur ei hæc cogitatio, quam illa, sed ex mera voluntate nostra dependet, ut cogitemus hæc, vel illa, quia ergo secundum Philosophum, rectum est iudex sui, & obliqui, per speciem recti possumus cogitare de recto, & per eam speciem non mutantam poterimus cogitare de obliquo. immo nihil habet obliquam speciem, per quam cogitet propriam, sed scitur per speciem recti. Talia enim, quæ priuatiuè sciuntur, non in specie, sed in eius priuatione sumuntur, ut dicit Aug. 12. de Civil. Dei. Si ergo esset una vox significans rectum, & obliquum, audientes huiusmodi vocem scirent, quæ proferens eam loqueretur de recto, vel obliquo, sed ne scirent, de quo specialiter loquerasur. Dictiones etgo, vel Angelii, videntes species in intellectu nostro, & videntes, quod similitudo specierum est in intelligentia nostra, sciunt, quod utimur specie recti ad intelligentium, sed nesciunt, de quo specialiter cogitemus: Vtrum de recto, vel de obliquo, cum per eandem speciem possint vtrunque intelligi.

*1. de anima.  
Tomo 5.  
Cap. 1.*

Et quod dictum est de intellectione simplicium, veritatem habet de intellectu componente, & diuidente. Nam sicut priuationi non respondet species, ita negationi non responderet species. Sicut enim per eandem speciem intelligimus rectum, & non rectum, ita per eandem speciem intelligi-

mus, hoc esse, & non esse: vt si volumus intelligere hominem esse album, vel non esse album, componemus speciem hominis cum specie albi: & sicut per album possumus intelligere album, & non album: sic per speciem albi compositam cum specie hominis, poterimus intelligere hominem esse album, vel non esse album: & quia species albi componitur cum specie hominis ex mutatione facta in re; ideo in eo, quod sit mutatio in re: ex quo res sunt cognitæ per Angelum, erit & illa cognita sibi. Cum enim utimur ad cogitandum specie hominis, & specie albi, videt Angelus, quibus speciebus utimur: quia ex hoc aliqua mutatione facta est in re, eo, quod in nostra intellectio ne sit similitudo huius speciei, & illius, quibus actualiter utimur. Verum quia ex eo, quod intelligendo affirmationem, vel negationem, nulla mutatio sit in re: videns Angelus in intelligentia nostra, factam esse speciem hominis, & albi; scit, quæ cogitamus de homine, & de albo. verum quia per speciem albi possumus intelligere album, & non album; nescit vtrum cogitemus hominem album esse, vel non esse: & si videt in intellectione nostra fieri specie inimici, & fugi, scit, quod cogitamus de inimico, & fuga: sed nescit, vtrum cogitemus inimicum fugere, vel non fugere. Modica est ergo cognitio, quando nescit hoc, vel oppositum.

Iam enim determinatio est facta, quia determinamus nos ipsos ad cogitandum de hoc, vel opposito. sed huiusmodi determinatio non est nota sibi, quia nulla mutatio ex hoc sit in te, sed per idem, secundum metam voluntatem nostram facimus hoc, & illud.

Est enim diligenter notandum, quæ sicut per eam speciem intelligimus hoc, & oppositum: ita per eandem affectionem ferimus in unum oppositum, & in aliud: vt si in intellectione nostra sit species inimici, & fugi, optime videbit Angelus, vt diximus, quæ cogitamus de inimico, & fuga, sed vtrum hoc cogitemus affirmatiæ, vel negatiæ, vt vtrum cogitemus inimicum fugere, vel non fugere, ignorabit, quia per idem poterimus facere hoc, & illud: sic, si fieri aliqua affectio in ipsa voluntate, & illam affectionem videbit Angelus. Verum quia sicut ex parte intellectus per idem possumus cogitare hoc, & oppositum: ita ex parte affectio nis possumus ferri in illud, vel in oppositum. Nam nec ex parte cogitationis, nec ex parte affectionis, priuatio habet speciem, sed idem erit iudex sui, & obliqui. Et quia non videbit aliquid aliud ex parte intellectus, vel ex parte affectus in intelligentio, vel secundum affectionem tendendo in hoc, vel oppositum, nesciet determinatè cogitationem nostram de hoc, vel de opposito. Et si non potest scire Angelus de homine, multo minus sciet (naturaliter loquendo) unus Angelus de alio, eo, quod plura intelligit Angelus per unam speciem, quam nos. ipse enim non intelligit discurrendo, sed in causa intelligit effectum non compo nendo, sed in subiecto intelligit proprietates non applicando se ad phantasmatum, sicut nos intelligimus singularia. sed ipse intelligendo naturam,

*Doctoris  
pulchra imma  
gatio.*

*Angelus nec  
aliter An  
geli, nec ho  
minis cogi  
tationes vi  
det.*

*Ritualis, &  
regio, spe  
ciali propria  
ti habent.*

Aegid. Super ij. Sent. H h in.

intelligit, & singularia illius naturæ. habet etiam, & quod nos habemus, excellentius nobis, quod per idem potest intelligere affirmationem, & negationem. In quolibet autem horum potest se figere secundum considerationem, ut si per speciem roſe intelligit effectus roſæ, & proprietates eius, & singularia ipsa, & hoc solum affirmationem, & negationem Angelus superior comprehendens species Angelii inferioris, videt in intelligentia eius fieri similitudinem speciei roſæ, scit, quod utitur huiusmodi specie ad intelligendum, & non in quadam generalitate, q̄ vel cogitat de roſa in se, vel de effectibus eius generaliter vel de aliquo effectu specialiter, vel cogitat de proprietatibus roſæ in generali, vel de aliqua proprietate in singulari, vel de singularibus roſis, vel de aliqua singulari roſa, & hoc vel secundum affirmationem, vel negationē, sed quod horum sit determinatē, & specialiter nescit.

**A**ngeli cogitationes cordū per signa cognoscunt idque exēplo declaratur.

Viso quomodo Angelus nec alterius Angelii, nec hominis videt ipsas cogitationes in se, voluntus declarare, q̄ & cogitationes hominis, etiam nobis inuitis, scire potest per quādam signa, ut sicut exemplum posuimus, cū sit in intellectione hominis similitudo inimici, & fugit hominem illum cogitare de inimico, & fuga: sed nescit, Vtrum hoc cogitet secundum affirmationem, & negationem, poterit tamen p̄ quādā signa hoc cognoscere, vt si videat corpus sic cogitatis caletieri, quia calidi est se diffundere, & audere, statim videbit, q̄ cogitat negatiū, & cogitat inimicum non fugere: led si videat corpus eius infrigidari, cognoscet ipsum esse timidum, & cognoscet ipsum cogitare de fuga affirmatiū, vt quia cogitat inimicum fugere. Exemplum grossum posuimus, tamen quia vix, aut nunquam est aliqua cogitatio in nobis, de qua non resultet aliquod signum in corpore: præter etiā phantasmata quibus utimur ad cogitandum, quæ signa non sunt Angelis ignota, dicuntur, nobis inuitis, scire cogitationes nostras, non quia eas videant in se, sed quia per quādam signa eis nota huiusmodi cogitationes deprehendunt. Siquis enim diuturnam conuerlationem habuisset cum aliquo homine, statim videndo in ipso alias mutationes faciei, posset de cogitationibus eius multa cognoscere. Et si apparent huiusmodi signa in facie, q̄n sunt cogitationes fortes, ex valde leuibus cogitationibus, apparēt aliqua in interiori corpore, quæ Angelos latere non possunt.

**R E S P. A D A R G.** Ad primum dicendum, q̄ intellectus figuratur per diuersas species, sicut corpus per diuersas figuræ, tamen figuræ corporales sunt determinatē magis, q̄ sp̄s intelligibiles, quia linea recta non est linea recta, & obliqua, sed per eādem speciem intelligimus rectum, & obliquum, quare si Angelus, vel nos ipsi determinate cognoscimus figuræ corporum, nō oportet, q̄ Angelus determinate cognoscat cogitationes nostras per intelligibiles species.

Ad secundum dicendum, q̄ Angelus ipsas species intelligibiles cognoscit, sicut & figuræ cor-

## Quæſt. II.

**A**porum, tamen quia per eandem speciem possumus intelligere hoc, & oppositum, licet ipsas species videat, & etiam cognoscat speciem, qua utimur, non tamen cognoscit determinate, quid per illam speciem cogitemus.


Ad tertium dicendum, q̄ Angeli cognoscunt effectus in suis causis, si determinatē habeant esse in illis: effectus autem contingenter euidentes, quia non determinate respiciunt suas causas, antequam per eorum eventum determinentur certitudinaliter scire non possunt, verum quia idem est aliquid esse in determinatum, & determinationem eius esse ignotā, quantuncunque per speciem recti determinatē cogitemus de recto, vel de obliquo, quia ista determinatio nō manifestatur nec in intellectu, vbi per eandem speciem potest cogitari hoc, & illud: nec in voluntate, vbi eandem affectionem realiter possumus ad plura referre, ideo talia determinatē Angelo non sunt nota, sed hoc solum nobis est notum, qui sic nos determinamus, & sic referimus, quæ in nobis sunt, & per amplius ipsi Deo, qui est magis inspecto actionum nostrarum, quām nos ipsi.

Ad quartum dicendum, quod quantuncunque cogitatio sit actualior, quām potentia, vel quām habitus, tamen non potest hoc esse notum Angelo, nisi qua ratione habet esse determinatum, vel qua ratione eius determinatio est nota: & quia ignota est Angelo determinatio cogitationū, potest scire naturam cogitationum, sicut scit naturā calidi, & frigidi, vel aliatum rerum importantiū actualitatem, & perfectionem intelligibilem, vel sensibilem: hanc autem cogitationem determinante, cuius determinationem ignorat, scire nō pot.

## A R T I C. III.

*An Angelī in sua cognitione possint errare. Conclusio est affirmativa.*

D. Tho. 1. p. q. 58. art. 5. Et 64. art. 1. Et de Ver. q. 8. art. 14. Et de Malo q. 16. art. 5. corp. D. Bonau. d. 7. art. 1. q. 1. Holkoth 2. sent. q. 4. arg. 1. prin.



**D** E R T I O quæritur de cognitione Dæmonis quantum, ad eius iudicium. Vtū possit ibi cadre error. Et videretur, q̄ non, q̄ secundum Diony. 8. de Ange. Hierarchia, & etiam 7. Angelii sunt intellectus, deiformes, ergo sunt intellectus simplices: sed circa intellectum simplicium non cadit fallitas, iuxta illud in 3. de anima: Indivisiibiliū intellectio in his est, circa q̄ nō est fallum. Si ergo in nostra intellectione simplici nō est fallitas, multo magis hoc nō erit in intellectione Angelii, quæ est simplicior.

Præterea secundum eundem Philosophum Tex. c. 16. in eodem tertio: Intellectus semper est verus: Cum ergo Angelis non intelligent discutendo, & ad omnia se habeant, vt intellectus, ad

3. de anima  
Tex. c. 21.

ad nihil autem se habeant, ut ratio, & ut quid di-  
scurrens, videtur, quod ibi falsitas esse non possit.

Præterea Angeli habent cognitionem & de na-  
turalibus, & de supernaturalibus. Nā in prima-  
ria eorū cognitione cognoverunt, q̄ facti erant,  
quod erat secundum eorum naturam, & a quo  
facti erant, qđ erat eis supra naturā, sed in nullo  
horum potest esse falsitas. Nam in Metaph. vult  
Philosophus, quod in cognitione substantiarum  
separatarum nō est falsitas, sed simplex defectus.  
Cum enim volumus intelligere illas, cum sim-  
plices sint, non intelliguntur secundum affir-  
mationem, vel negationem, secundum quā hēt  
esse falsitas, sed vel se totē offerunt. Quia simpli-  
ces sunt, & tunc non est ibi falsitas, aut nihil de  
eis se offert, & tunc etiam non erit ibi falsitas,  
sed simplex defectus. Quare si nos respectu intel-  
ligentiarum non possumus habere falsitatem, sed  
simplicem defectum, Angeli respectu diuinorū,  
quā sunt eis supernaturalia, non poterunt habe-  
re falsitatem, sed simplicem defectum. sed si An-  
geli relicti naturæ suæ, vel etiam Dæmones, quā-  
tum ad supernaturalia non habeat falsitatē, mul-  
to magis non habebunt eam quantum ad natu-  
ralia, ergo &c.

Angelorum  
cognitio no  
admitit fal  
sitas, sed  
defectū ex  
Ari. 9. Met.  
Tet. c. 2.

\* Recipiens  
dicit esse de-  
rudatum à  
natura rece-  
pti, Clof-  
for ab Aver.  
a de anima  
c. 4. & 3. co-  
lis. & 2. de  
recipiatur in eo secundum modum naturæ suæ,  
animæ 67.  
Vide supra.

Dif. 1. q. 2.  
en. 3. Et vñ-  
de pro hoc  
Theor. Zi-  
mag.

IN CONTRARIUM est, quia sicut se  
habet voluntas ad suum defectum, sic & intelle-  
ctus, sed defectus voluntatis est culpa, defectus  
intellectus est error. Cum ergo voluntas Dæmo-  
nis potuerit defiere, & defecit per culpam, intel-  
lectus eius potest deficere, & multoties deficit  
per errorē.

Præterea secundum Grego. in Pastorali: Men-  
ti per furorem ebriæ, peruersum videtur esse re-  
ctum. Sed mēs Dæmonis, est per furorem ebria,  
cum in 4. de de di. no. dicatur, q̄ malum Dæmo-  
nis est furor irrationalis: cōcupiscentia demēs.  
ergo saltem Dæmon ratione prauitatis culpa po-  
terit indicando errare.

### RESOLVTO.

Angeli cum omnia certitudine non cognoscant, eos  
quandoque in iudicio, & cognitione er-  
rare posse dicas licet.

RESPONDEO dicendum, quod haec qua-  
stio specialiter quæsita est de Dæmonibus, quia  
ipsi sunt derelicti naturæ suæ, non adiuti per gra-  
tiam, sed depravati per culpam, ideo de ipsis est  
specialiter dubium, vtrum ita sint depravati per  
culpam, quod in eorum iudicio cadat error.

Demonum  
scientia.  
Tomo 3.  
Propter quod videndum est, qua scientia vi-  
gent Dæmones, vt clarius possimus scire, quo-  
modo possint iudicando errare. August. 2. super

A Gen. ad litteram circa finem ait, Dæmones vig-  
ore acumine sensus, experientia callidiore. Et quia  
a sanctis Angelis discunt, iussu Dei eis aliqua re-  
uelantibus, ideo etiam multa sciunt revelatione  
superiorum spirituum, hoc idem quasi per eadē  
verba dicit Isido. de summo bono lib. 1. c. 10. Q̄  
prævaricatores Angeli, sanctitate amissa, non  
ammiserunt viuacem sensum angelicæ crea-  
turæ, sed triplici modo præscientiæ vigent, sub-  
tilitate naturæ, experientia temporum, revelatio-  
ne supernatum potestatum, sive spirituum.

Dicuntur enim scire subtilitate naturæ, cau-  
sus, & defectus determinatos in causis. Experi-  
entia temporū dicuntur multa scire de his, quā non  
sunt determinata in causis. Nam licet cognitio-  
nem non accipiat a rebus, aliqua tamen sciunt  
rebus prouenientibus in esse, quā p̄tis, quā eue-  
nirent, ignorabant. Non quod à rebus aliquā spe-  
ciem accipiant, sed quia eorum species intelligi-  
biles non ducunt in cognitionem rerum, nisi ut  
habent esse determinatum. Vnde futura contin-  
gentia, quia determinantur cum fiunt præsentia,  
incipiunt esse nota Angelo: cum iam determina-  
tur præstantialiter per esse, quā erant ignota, cum  
nondū habebat esse. Revelatione autē supernorū  
spirituum sciunt, quā eis de contingentibus re-  
uelantur. Cum ergo non omnia sint determina-  
ta in suis causis, nec omnia reuelentur per supe-  
riores spiritus, Dæmones non omnia certitudi-  
naliter sciunt, immo nec ipsi Angeli bona omnia  
certitudinaliter nouerunt, immo continuè supe-  
riores illuminantur a Deo, cum accipiunt cogni-  
tionem aliorum, quā prius nesciebant. Nam  
illuminatio est diuinæ scientiæ acceptio, vt dicit  
Dionylius de Angel. Hierat. c. 7. & ipsi superio-  
res illuminati, purgant, illuminant, & perficiunt  
inferiores. Verum quia Angeli boni, vt commu-  
niter ponitur, habent ordinatum appetitum, nō  
mouent se ad iudicandum de aliquo, quod exce-  
dat cognitionem ipsorum, sed petunt in hoc do-  
ceri a superioribus, vel expectant in hoc volunta-  
tem diuinā. Sed Dæmon, cuius malum est, vt di-  
citur 4. de diui. no. concupiscentia demens, Phan-  
tasia protéra, & furor irrationalis. est enim  
malum eius concupiscentia demens, proponen-  
do sibi malum finem. Phantasia protéra irreuo-  
cabiliter adhērendo illi fini. Furor irrationalis im-  
moderatè, & qualitercumque se ingерendo, vt  
possint habere huiusmodi finem. Quia ergo tales  
sunt, non habent intellectum omnino regulatū,

D vt nolint de aliquo temere iudicare, sed vltro se  
offerunt ad videndū de his, quē non plenē subij-  
ciuntur eorum scientiæ, propter quod, & fallun-  
t, & fallunt. Vnde & Angu. 11. Super Gen. dicit Tomo 3.  
ipsum superbiam tumidum, & mēte cęcum. Nam  
ex tumore superbie fit cęcus in mente, vt velit iu-  
dicare de his, quē non plene nouit, & sic decipia-  
tur, & erret, quod conuenit & practicē, & specu-  
latiū, practicē quidā quando existimat aliquid  
appetendum, quod non est appetendum; vt tumi-  
dus superbia, appetit cōsequi beatitudinē per  
naturam, quam debuit velle consequi per gratiā.

Aegid. super ij. Sent. H h 2 Spe-

Illuminatio  
quid.

Angelorum  
iudicium non  
potest esse  
falsum.

Dæmonum  
iudicium pot  
est falsum.



Speculariū vero in eius intellectu potest error incidere: eum per superbiam præsumptuose iudicet de aliquo, quod non plene subiicitur eius scientiæ, vnde habet opinionem falsam.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, q̄ Angelus licet non intelligat componendo, & diuidendo, nec discurrendo; non tamen habet certam cognitionem de omnibus. Quantum ergo ad ea, quæ subiunt naturali cognitioni suæ, non errat, sicut nos errare possumus male diuidendo idem, vel male componendo. Potest rāt. ē errare Diabolus quantum ad ea, quæ non plene subiunt scientia suæ, de quibus præsumptuose iudicat, prout non deberet iudicare.

Ad secundum dicendum; q̄ intellectus semper dicitur esse rectus, quia circa principia non cadit error. Nam sicut distinguit Philosophus de voluntate, q̄ voluntas est finis: eorū autem, quæ sunt ad finē, dicitur esse aliquid aliud, vt electio: sic ipsorum principiorum dicitur esse intellectus. Sed conclusionum erit aliquid aliud, vt scientia, vel opinio. Circa principia ergo nō erramus, nec Dæmon errat circa causas naturales, & circa ea, quæ naturaliter intelligit in causis, sed aliqua excedunt cognitionem suam, quia non sunt determinata in se, nec in suis causis. Ideo circa talia errare potest.

Ad tertium dicendum, q̄ sicut circa intelligērias nos deficimus, ita, & circa Dæmonum dicuntur Dæmones defectū hēre non attingēdā ipm. quāvis ergo hoc non sit propriè falsitas, sed defectus ex isto tamē defectū potest oriī falsitas, quia potest opinari, qđ non est, & ideo in his, quæ Deus supernaturālēt facit in creaturis, & quæ sunt cōtingenter futura in creatura, potest intellectus Dæmonis deficere, & opinari falsum.

Ad quartum dicendum, q̄ qdqd recipit Angelus, recipit secundum modum suæ substatiæ, vel naturæ, vel quicquid est in eo: non est n̄isi hoc modo. & inde est, q̄ habentes excellentiorem natūram, excellentiorem modo cognoscunt, non tamen propter hoc sit, q̄ eodem modo habeant cognitionem de supernaturalibus, sicut de naturalibus, & de futuris contingentibus, sicut de necessariis: sed possunt, vt patuit, in talibus errare.

### A R T I C. IIII.

*An per Dæmones divinationes fieri possint. Conclusio est negativa.*

D. Tho. 2. scr. sent. d. 7. q. 2. art. 1. Et 2. 2. q. 172.  
art. 5. Tho. Arg. d. 7. q. 1. art. 4.

De hoc Au-  
gust. To. 3.



V A R T O quærit de cognitione Dæmonum, quantum ad eorum divinationem. Vtrum possint p̄ eos divinationes fieri. Et videtur, q̄ non. Nam divinatio-nes sunt de futuris, sed ut patuit in quonibz præcedentibus, Angeli futura ne-

### Quæst. II.

A sc̄iunt ergo nec diuinare possunt.

Præterea secundum Dama, lib. 2. c. 4. Dæmones futura non nouerunt. vnde & multa mentiuntur, quibus non oportet credere, ergo cum tales sint, non possunt diuinationes facere.

Præterea diuinatio non est nisi eorū, quæ vel semper, vel vt plurimū sunt vera. Alter enim & ignorantes possunt diuinare, sed Dæmones q̄c quid agunt hoc faciunt, vt nos decipiāt, & per consequens, vt plurimū, dicunt falla. Vnde Aug. 2. super Gen circa finē ait, q̄ ad decipiendos homines fit spirituum seductorū operatio : &c.

Præterea diuinatio vel est de futuris, vel de occultis sed Dæmones, vt diximus, futura nesciūt, & etiam occulta ignorant, quia nesciunt cogitationes cordium, ergo &c.

B I N C O N T R A R I V M est, quia cū arima abstrahitur motibus corporeis, & alienat a sensibus, multa futura videt. Vnde & Aug. 11. supet Gen. narrat de quodā grauiter patiente dolorem, q̄ alienatus a sensibus multa futura vera p̄dicebat, sed cōstat, q̄ potentior est in hoc Dæmo, cum sit substantia oīno spiritualis corpori non unita, quām sit anima nostra, quanturunque a sensibus alienata. ergo &c.

Præterea Medicis multa prænōsticantur de futuris, sed excellentiorem cognitionem habet Dæmon ex subtilitate suæ naturæ, quām quicunque Medicus ex sua arte, ergo &c.

### R E S O L V T I O.

Dæmones futura diuinare non possunt, n̄isi conjectura quadam, qua cogitationes etiā nostras, medijs signis, effectibusq; scire possunt, & perfelliori tñ modo, quam homo: cum ipsi melius virtutes siderūm, naturasque rerum cognoscant.

R E S P O N D E O dicendum, q̄ diuinatio est circa ea, q̄ nō sunt cōiter cognita, ex hoc aut Dæmones diuinantes sunt, q̄a manifestat aliqua nobis ignota. Sed quantum ad p̄ns spectat tripliciter sunt nobis aliqua ignota, vel quia occulta, vt cogitationes cordiū, vel quia absentia, vt q̄ sunt longinquæ, vel q̄a futura, vt q̄ nondū euenerunt, nec sunt in seipsis, vel i suis causis. Dæmones aut non p̄nt certitudinaliter diuinare, sed p̄ conjectu claram de multis vera dicere q̄tū ad occulta, q̄tū ad absentia, & q̄tū ad futura. Quantū ad occulta qđē, q̄a & cōpertū est, Dæmones enunciasse cogitationes cordiū. Vñ Aug. 11. super Gen. ait: Certissimis tñ indicij apud nos cōstat enūciatas esse a Dæmonibus cogitationes hōiūm. Et eo. li. infra dicit, q̄c si nolumus, nouerunt: Dæmones cogitationes n̄fas. Rursus Dæmonibus non solū sunt nota occulta, sed absentia, & remota. Vnde idem Aug. eo. li. 2. ait: Cæterū alicubi longe iam facta p̄nunciāt Dæmones, q̄ post aliquos dies vera esse cēnvntur. Et ibidem dī: Competimus in domo constitutum patientē, per spiritū immundum dicere solere, de quodam, q̄n ad eū venite cōp̄flet, ex 12. milliaribus, per oīa loca itineris vbi esset, & quando appropinquaret, & quādo ingrederest domum, & cubiculum, donec in conspectu eius astaret. Si ergo patiens per spiritū immundum poterit

Ignora nobis tripliciter sunt.  
Dæmonum diuinatio qualis, supra eadem d. q. 2. art. 2.

Dæmones  
diuinare pos-  
sunt, ex Au-  
gust. T. 3.

poterat sic a remotis narrare loca omnia illi⁹ ho-  
minis venientis ad se : cum hoc ageret per Dæ-  
monem, Dæmoni sunt nota absentia. Sunt & Dæ-  
moni nota multa futura. Vnde August. eo. l. 12.  
super Gen. dicit: Nouimus etiam sine dubitatio-  
ne freneticum, futuram mortem cuiusdam fœni-  
næ prædictissimæ, quam non ut futuram, sed ut præ-  
teritam recolebat. Nam cum apud eum, adhuc il-  
la viuente, fieret commemoratio de ea: ait freneti-  
cus : Mortua est, ego inde eam efferrī vidi :  
post aliquos dies mortua est, & inde delata. Si er-  
go hoc faciebat freneticus arreptus à spū immū-  
do : ergo spū immundo sunt nota futura. Si vero  
hoc dixit, quia alienatus a sensibus, ac p̄ hoc eius  
aia ab istis corporalibus abstracta, & elevata, sic  
eius cognitione magnifica est, ut etiam futura cō-  
spiceret, multo magis hoc potest facere Dæmon,  
qui minus est mole corporis irretitus s.

Futura, ab-  
sentia, & oc-  
cultæ quo à  
Dæmonib⁹  
cognoscantur.

Possunt ergo per Dæmones fieri diuinationes  
quantum ad omnia prædicta, videlicet occulta:  
absentia, & futura, aliter tamen, & aliter sunt præ-  
fata nota Dæmonibus. Dicemus enim, q̄ res tri-  
pliciter possunt cognosci, vel per seipſas, vel per  
suas causas, vel per quædam signa, vel per suos  
effectus. Dæmones enim de rebus occultis, ut de  
cognitionibus nostris cognitionem habent per  
quædam signa, & per quoddam effectus, ut ex eo,  
quod ex cognitione facta in mente aliquid resul-  
tat in corpore, vnde cognoscit cognitionem illā:  
sed absentia quantum ad locum cognoscit Dæ-  
mon in seipſis, quia præsentialitas, & longinqui-  
tas loci cognitionem intellectualē non impe-  
dit: at de futuris cognitionem non potest habe-  
re in seipſis, ut quod ei futura appareant tanquam  
præsentia, præcognitionem tamen habent de fu-  
turis, & per causas, & per signa, excellentior tamē  
est cognitione per causas, quam per signa, eo, quod  
cognitione per signa reducitur in cognitionem per  
causas. Arguere enim per signa, per se loquendo,  
est arguere a posterioribus, immediate ergo non  
sunt aliqua signa futurorum, sed sunt signa cau-  
satū a quibus dependent futura.

Astronom⁹  
& Geomati-  
cus quo fu-  
tura cognoscantur.

Vtique quidem modo etiam homines pos-  
sunt habere præcognitionem de futuris, & per  
causas, & per signa: per causas quidem Astrono-  
mus, per signa Geomanticus. Astronomus enim  
æquato celo, & videns coniunctiones siderum,  
a quibus dependent effectus isti inferiores, mul-  
ta de ventis, & pluvijs, & de alijs effectibus hu-  
iusmodi inferius a celo causatis potest prænisti-  
cando prædicere. Sed Geomanticus aliqua po-  
test de futuris prædicere per signa, quæ non est  
possibile immediate esse signa futurorum. Sed  
sunt immediate signa præsentium causatum, a  
quibus dependent futura, videtur enim inuenta  
fuisse ars illa, vt quia non potest iudicare Astro-  
nomus nisi æquato celo. quod potissime sit per  
instrumenta Astronomica videndo aliqua astra,  
quia nubilo tempore hoc fieri non potest. Ita  
fuit Geomantia, quæ veloci motu manus que-  
dam puncta describit, quæ postea reducit in si-  
gna cœlestia, vt quia quilibet motus tam manus,

A quam cuiuslibet membra dependet ex motu celi:  
ipse motus manus, & puncta facta per huiusmo-  
di motum sunt signa istius motus celi. ergo per  
huiusmodi motum tanquam per signum, & per  
estetum possumus aliquam cognitionem habe-  
re de motu celi, & de signis dominiū habentibus  
in tali motu, quia ille motus celi est causa multo  
rum futurorum, consequens est, q̄ & puncta fa-  
cta sic per motum manus, esse possint aliquod  
præfiguratum futurorum.

B Ad hunc autem modū reducuntur prænisti-  
cationes factæ à Medicis. Nam ex his, q̄æ videt  
in vrina, aliqua vident de intemperantia interio-  
ri, per quam intemperantiam indicant futuram  
mortem. Signa ergo illa appartenentia in vrina,  
non sunt immediata signa futuræ mortis, sed  
præsentium causarum, ut præsentis interioris in-  
temperantie, & inæqualitatis humorum, à qua  
tanquam à causa dependet futura mors.

C Ad hunc etiam modum, ut plurimum, possunt  
reduci prænistiicationes factæ in somnis. Nam  
ex ipso motu celi possunt fieri, & fiunt aliquæ mu-  
tationes in nobis, & in cerebro nostro, quæ immu-  
tationes peruenientes ad imaginationem nostriā,  
virtute eorum possunt formari aliquæ imagina-  
tiones hoc repræsentantes. Impressiones ergo illæ  
non sunt immediate signa futurū, sed sunt effe-  
ctus, & signa motus cœlestis, à quo multa futura  
dependent.

D Ad hunc etiam modum reducuntur iudicia iu-  
dicantium aliqua per garritus auium. Nam ex  
motu celi fiunt impressiones in corporibus auium  
aliæ, & alia, ex qua alietate impressionum sequit-  
ur, quod quantum ad aliqua suos garritus im-  
mutent. Ipse ergo garritus auium causatus ex  
impressione facta ex motu celi, poterit esse præ-  
figuratum futurorum aliquorum.

Hoc etiam modo, aliqui pisces marini, præ-  
nunciant tempestates, quod totum contingit, q̄a  
impressions hæ inferius factæ, sunt signa mo-  
tus cœlestis, à quo dependent tempestates futuriæ,  
& alia mutationes aeris.

Vtique autem istorum modorum, tam per  
sideta cœlestia, & eorum motus, quam etiam per  
impressions factas hic inferius, quæ sunt illoīū  
motuum signa, possunt Dæmones multa de fu-  
turis prædicere melius, quam homines. Nam quan-  
tum ad diuinationem factam ex sideribus, & ex  
causis futurorum, in tribus nos superant Dæ-  
mones.

Primo quia melius nouerunt virtutes side-  
rum.

Secundo quia melius considerant omnes co-  
iunctiones eorum. Nam aliquando coniunctio  
horum siderum habet causare aliquid, cuius op-  
positum causat coniunctio aliorum. Et quia nō  
possunt Astronomi ita punctatim omnes con-  
iunctiones aspicere in multis, in iudicando de-  
ficiunt.

Tertio nos superant in cognoscendo materiā  
hanc inferiorem. Nam secundum Ptolomæum  
in Centilogio, expectandum est etiam iudicium  
Aegid. super ij. Sent. H h 3 à sc.

Diuinatio p  
somnia, per  
aues, & pi-  
ces vnde,

Ptolomæi  
locus.

à secundis stellis, idest a dispositione elementorum. Tum ergo quia melius cognoscunt virtutē siderum; tum etiam quia melius possunt cognoscere omnes coniunctiones siderum; & tum etiā quia melius vident dispositionem istius materiæ inferioris, quomodo possit immutari à supercélesti corpore, melius possunt Dæmones prænōsticari de futuris, quam quicunque Astronomi. Nec tamen propter hoc semper verum dicent, tum quia volūt nos decipere, tum etiam quia ad artem prænōsticandi non spectat semper dicere verum, sed sufficit huiusmodi iudicia, ut in pluribus, vera esse. Et quod dictū est de iudicio Dæmonum in prænōsticatione futurorum per causas, ut per supercélestia corpora, veritatem habet de huiusmodi iudicio per signa, & per impresiones factas ab huiusmodi corporibus. Nam & talia melius nouerunt Dæmones, quam homines.

Ad primum dicendum, q̄ Dæmones nesciunt futura certitudinaliter, sed multa possunt scire de futuris per prænōsticationem, & hoc sufficit, ut per eos possint diuinationes fieri.

Et per hoc patet solutio ad secundum. Nam Dæmones in multis mentiuntur, quia volunt nos decipere; vel mentiuntur in multis, quia non in omnibus certitudinaliter veritatem vident. Sed per hoc non habetur, quin possint de multis prænōsticando dicere veritatem.

Ad tertium dicendum, qud̄ per hoc non habetur, quin per Dæmones possint fieri diuinationes, sed q̄ non est credēdū corū diuinationibus, possunt enim ipsi de multis conjecturando vera dicere, sed forte nolunt nos illa vera docere, & si aliquando vera dicunt, ut nos decipient hoc faciunt, ut nos ex hoc allesti, magis credamus eis.

Ad quartum dicendum, q̄ futura, & cogitationes cordium nesciunt Dæmones in se, tamen de cogitationibus per signa, de futuris vero per signa, & per causas multa possunt conjecturando scire, & per consequens diuinationes facere.

Dæmones  
cur semper  
vera nō dī-  
cant.

Dæmonum  
diuinatio-  
nibus cur  
non sic cre-  
dendum.

### Q V Ä S T I O III.

#### De Angelorum potentia operativa.

**O**STRA queritur de Angelis & specialiter de Dæmonibus, quantum ad eorum potentiam operativam. Circa quod quere- mus tria.

Primo: Vtrum hæc materia corporalis obediatur Dæmonibus, vel etiam Angelis quantum ad motum secundum formam.

Secundo vtrum obediatur eis, quantum ad motum secundum situm.

Tertio vtrum sit licitum, ut auxilio Dæmonum.



An Angelii materiam corporalem  
ad formam transmutare  
possint. Conclusio est  
negativa.

Aegid. Quol. 3. q. 8. D. Tho. 1. p. q. 110. art. 2. Et q. disp. de Pot. q. 6. art. 3. Et de Malo q. 16. art. 9. & 10. Et Quol. 9. art. 10. D. Bonau. d. 8. p. 1. art. 2. q. 1. Ric. d. 7. q. 7. Tho. Arg. d. 8. q. 1. art. 1. Dur. d. 7. q. 4. Et vide pro hac materia nostrum de Cometiis discutimus, ubi fulvis declaratur, quomodo Dæmones disponere possint materiam ad formam, & quoniam pacto sensus nostros illudere dicantur.



D primum sic procedit: Videatur, q̄ hæc materia corporalis obediatur intelligentiæ, quancū ad motum secundum formam. Nam, ut dicitur in Commento 16. ppositionis de causis. Virtus intelligentiæ infinita est ad inferius, ergo inferiora per oīus modum sunt subdita intelligentiæ, cum habeat infinitatem respectu eorum, & per consequens poterit intelligentia mutare hæc inferiora secundum omnem modum.

Præterea 83. q. in quæstione de miraculis magorum, dicitur, q̄ vnaqueque res visibilis in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi præpositam, quod mon esset, nisi potestas angelica posset res istas inferiores transmutare, ut vellet.

C Præterea Magi Pharaonis fecerunt ranas, & serpentes virtute Dæmonum, sed hoc fuit transmutare materiam ad substantiale formam, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia, ut dicitur in 7. Met. non transmutat materiam, nisi qđ est in materia, quod intelligendū est de transmutatione ad formam. Cum ergo Dæmones sint immaterialis, non poterunt materiam transmutare ad formam.

Præterea non fit transmutatio ad formam nisi per alterationem, sed alteratio reducit in motum celi. Nihil ergo poterit alterari nisi per motum celi tanquam per motum primum. Dæmones ergo non poterunt transmutare immediate materiam ad formam.

#### R E S O L V T I O.

Angelii materiam corpoream ad formam transmutare non possunt, cum sint immaterialis: Et ad unum agendi modum sint determinati. Idque absque corporibus medijs fieri non posse constat. Materiam tamen celerius disponere valent, affinitatum passiis coniungentes, cum rerum naturalium scientiam perfectè calleant. Et quamvis materiam ad formam transmutare non possint, sensus tamen nostros illudere queunt.

R E S P O N D E O dicendum, q̄ Philosophus in 7. Meta. reprobando ideas quasi nō indigēs eis, vult,

August.  
Tomo 4.

Exodi 7.

Tex. 6. 29.

Materia ab intelligentiis trahitur ad formam non potest ex Arist. T. c. 28. Tex. c. 26.

vult, q̄ non generet nisi cōpositū, & q̄ non trāsmutet cōpositū nisi cōpositū, & q̄ non trāsimutet materiā nisi, qd est in materia. Hoc ergo modo Angelī, quia sunt immateriales, & quia nō sunt compositi ex materia, & forma, non poterunt generare huiusmodi compositum. In 2. etiam de Gen. vult, quod idem manens idem semper facit idem. Ista ergo corpora inferiora, vbi est tanta diuersitas, & vbi est motus ad formam, non movebuntur immediate ab intelligentiis, quæ non motę mouent, & quæ quodammodo inanent semper eadem. Sed si huiusmodi intelligentiae possunt in transmutationem istius materiæ inferioris, hoc erit mediante aliquo corpore trāsmutabili, vt mediante moru cœl. Dicere autem has rationes Philosophi esse simpliciter veras nō est conueniens, quia cum Deus maximè sit immutabilis, & maximè semper maneat idem, non posset immediate hæc inferiora transmutare. dicere ēt eas nullam veritatem continere, cū Philosophus semper ad sensibilia se tenuerit, non videtur conueniens. Fuit n. Philosophus philosophatus modo humano, vt ex sensibilibus ad intelligibilia procederet, vnde minus potuit decipi. Propter quod si non sunt omnino veræ rationes suæ cum suis principijs: saltem quantum ad aliquid, tñ rationes veritatem continent. Volunt autem qui

Arist. Philo sophiā modus. Opinio alio rum.

dam has rationes verificare, vt dicamus, quod effectus debiles procedunt à causis remotis: fortes à propinquis. Intelligentiae ergo, quia sunt in materialibus respectu istorum materialium se habent, quasi cauæ & remotæ: ideo non possunt facere effectus fortes, vt inducere formas, sed debiles, vt transmutare ad locum. Et ad hoc vadunt rationes Philosophi de immateriali, quod non transmutet materiale, & de se habente idem, qd semper faciat idem, vt quia talia se habent, vt causa remota, non transmutant materiam secundū transmutationem fortem, quæ est transmutatio ad formam, & tempet faciunt idem, quia non transmutant nisi localiter, secundum quem motum nihil variatur de substantia mobilis, sed dicitur ipsum mobile secundum hunc motum, si transmutetur ad formam, semper manere idem. Sed si non plus dicamus: videtur, q̄ & de Deo hoc etiam concludatur, vt contra obijciendo dicemus: ergo propter rationem primam, quod nullum immateriale transmutat materiale: dicimus huiusmodi dictum hoc modo ad veritatem reduci. Nam nunquam facit calidum, nisi quod est calidum. Omne enim agens agit secundum,

q̄ est in actu, & omnis actus sit à sibi conuenienti, & ab eo, quod est tale, vt calidum sit à calido, & forma materialis per id, quod habet esse materiale. Sed esse materiale est dupliciter, vel virtualiter, vel essentialiter. Sic enim videmus & in alijs, quod facit calidum non solum, quod est calidum formaliter, vt ignis: sed, quod est calidū virtualiter, vt Sol. sic etiam transmutabit materiam nō solum, quod est materiale essentialiter, vt corpus, sed quod est tale virtualiter, vt Deus. Dicimus autem esse materiale virtualiter, in cu-

A ius virtute continetur materia, & per cuius virtutem potest produci ipsa materia. Intelligentia ergo, quia nec est materialis essentialiter, nec virtualiter; eius virtus nō poterit in ipsam materiā, quia tunc posset creare, & essent angeli creatorē: consequens ergo est, q̄ & Deus, in cuius virtute est materia, & hæc corpora, in quibus essentialiter est materia, possit trāsimutare materiam.

Angelus autem, qui nullo modo habet materiā, non potest materiam transmutare. Possumus autem & aliter verificare dictum Philosophi. Credidit enim, q̄ nulla esset potentia actua, cui non respondeat potētia passiva: ideo voluit, q̄ quodlibet agens ageret secundum determinatum modum, quod, quantum ad omnino agentia creata, veritatem habet. Sicut enim omnis creatura est determinata ad esse: ita & ad agere: vi sicut habet determinatum modum essendi: ita & determinatum modum agendi. Deus autem, qui non determinatur ad aliquem modum essendi, nec sua virtus habet certas leges in agendo, sed est super omnia. Vñ Aug. super Gen. lib. 7. ait; Ita, n.

\* Deus est materialis virtualiter.

Tomo 2.

certas tēporum leges generibus, qualitatibusq; rerum immanisstum ex abdito producendis tribuit, vt eius voluntas sit super omnia. Omnibus ergo alijs agentibus datæ sunt determinatae leges agendi, & determinati modi actionum: voluntas tamen Dei sic tales certas leges dedit, vt ipsa tamen maneret super omnia non determinata ad leges alias. Oportet ergo agēs quodlibet creatum aliquo modo determinari ad modū passi. Nullum ergo immateriale transmutabit materiam, vel inducere poterit materiale formam, q̄a tunc ageret, non secundum determinatum modum, nec secundum determinatas leges, si posset inducere formam in materia, quod non haberet formam determinatam per materiā. Vnde & Philosophus hoc venatur in 7. Met. quod semper fiat simile à simili, & conueniens à conuenienti: sed illud simile non oportet, quod semper attendatur secundum speciem, sed sufficit, q̄ sit secundum genus, vt sit non solū Asinus ab Asino, cum quo conuenit in specie, sed Mulus ab Asino, cum quo conuenit in genere. Necessaria autem assimilatio inter agens, & patiens est, quod quodlibet habeat formam in materia. Nam formæ immateriales, quæ sunt per se existentes, & indubitate magnam disformitatem habentes ad materialis formas, non possunt inducere materialis

T. c. 22. 21.

Agentis, & patiens ne cessaria affamilatio.

D formas, nisi competenter eis agere absque certa lege, & absque certo modo, quod soli Deo competit. Dicemus enim, quod quanto forma est perfectior, tanto magis habet induci determinatio modo, & magis per sibi simile, vt homo nō potest produci nisi per hominem, & equus non nisi per equum. Materia ergo nō perfectè transmutatur ad perfectam formam in materia, nisi per perfectam formam similem in materia: vt nō sit materia sub anima equi geniti, nisi in virtute animæ equi generantis. Si enim paullum requirit determinatum agens, sicut hæc forma habet determinatè esse, & non habet esse nisi in materia: ita oportet,

\* Materiale est dupliciter, scilicet essentialiter & virtualiter.

oportet, quod habeat determinatum agens, & quod non habeat fieri nisi ab agente, quod habet esse in materia: vel oportet ergo, quod sit tale agens, quod sit super omnia, & quod non habeat determinata leges ad agendum: cuiusmodi est Deus, vel quod determinetur ad materiam, & quod transmutet materiam cuiusmodi sunt haec corporalia. Intelligentiae vero transmutatione formalis non poterunt transmutare materiam. Et quia immateriales non determinantur ad materiam, & quia sunt quid creatum, & agunt secundum determinatum modum, non poterit eorum actio determinari per seipsum, quod transmutet materiam, sed adhibendo semina, & coniungendo actiua passiuis: & mediantibus corporibus, habentibus formam in materia, poterit eorum actio determinari, ut transmutet materiam. Vnde Aug. 3. de Trin. Vult, quod illi mali Angeli non sint creatores dicendi, qui ranas, & serpentes fecerunt, quia eas ipsi non creauerunt, sed per quaedam occultas seminas, quae in istis mundi corporeis elementis latent, talia producta sunt. Alia etiam ratio Philosophi ad idem tendit. Nam, quod idem manens idem possit transmutare naturam: hoc est, quia illud agens non determinatur ad speciale modum agendi. Nam determinari ad speciale modum agendi, est, ut secundum diuersitatem passi, sit aliquo modo diuersitas agentis. Idem ergo manens idem semper facit idem: hoc dictum Philosophi veritatem habet in agentibus creatis, & in his, quae agunt secundum determinatum modum, & non determinatas leges, ubi hoc passum requirit hoc agens: & aliud, & aliud passum requirit aliud, & aliud agens. & exinde est, quod in talibus agentibus idem manens idem, & nullo modo variatum, nec factum aliud, semper facit idem. Sed Deus, qui est infinitus, & non determinatur ad certum modum agendi: etiam manens idem, non solum diuersa, sed omnia potest agere. Corpora ergo, quae non manent eadem, sed mota mouent, poterunt transmutare ad formam, & Deus, qui non determinatur ad certum modum agendi: ad formas transmutare poterit. Angeli vero ad formam transmutare non poterunt, nisi mediatis corporibus. Hec est autem Sanctorum sententia. Vnde Aug. 11. super Genet. ait: Angeli autem nullam omnino possent creare naturam. Et idem ibidem dicit, quod sicut nec agricultores creatores segetum, aut arborum dicimus, sic nec Angelos creatores rerum. Sicut ergo agricultores non faciunt nisi coniungere actiua passiuis, & adhibere semina, sic nec Angelii. Hanc etiam eandem sententiam dicit idem Aug. 3. de Trinit. Possunt ergo Dæmones aliqua phantasmata facere; secundum quod narrat August. 18. de Circuitu. Dei, qui socios Diomedis dicit conuersos fuisse in volucres. Et, ut Varrone narrat, & habetur eodem lib. trahentes quoddam stagnum

Tomo 1.  
cap. 7.

Ide manes  
ide n. &c.  
quo intelligendu  
z. de Gen.  
tex. c. 56.

Tomo 2.

Tomo 3.  
cap. 7.  
Dæmonum  
miracula  
qualia.  
Tomo 5.  
cap. 16.  
& 17.

A conuertere bantur in lupos. Hæc autem, & cætera similia poterant facere Dæmones: ludificando sensus hominum, vel poterat haec, & similia facere: suffocando transeuntes stagnum, & loco eorum assumere figuram animalium, vel lupoformis, & apparere in tali forma.

R E S P. A D A R C. Ad primum dicendum, quod virtus intelligentiae est infinita ad inferius, quia non potest comprehendendi, sed super excedit inferiora, non tamen est sic infinita, quod & inferiora omnino ad nutum obediant: vel non est sicut infinita, quod possit quicquid inferiora possunt.

Ad secundum dicendum, quod potestas angelica preponitur rebus istis visibilibus, & haec sunt subdita ei, quia tota haec natura corporalis administratur per Angelos. Attamen sicut ipsi Angeli sunt determinati ad esse, ita & ad agere, ut non possint hanc corporalem substatiā admistrare, nisi determinato modo, & adhibendo determinata semina.

Ad tertium dicendum, quod magis hoc fecerunt virtute Dæmonum, per occultas seminas operantium: non autem, quod possent immediate transmutare ad formam.

Ad quartum dicendum, quod eodem modo quaedam mira faciunt Dæmones, occultas seminas adhibendo, non immediate materialia ad formam transmutando.

## A R T I C. II.

C An Angeli quantum ad locum, corpora mouere possint. Conclusio est affirmativa.

D. Th. 1.p. q. 110. art. 3. Et iisdem locis supra citatis.  
Th. Arg. d. 8. q. 1. ar. 1. Barth. Syb.  
3. Dec. cap. 3. q. 3.



E C V N D O queritur: Vtrum Dæmones, vel Angeli, possint corpora mouere localiter. Et videtur, quod non, quia sicut Dæmon est substantia spirituialis; ita & anima, sed anima non potest mouere corpus localiter, nisi quod vivificat, ergo nec Dæmon, sed ipse nullum corpus vivificat: ergo, &c.

Præterea: motus localis est causa aliorum motuum. Si ergo Dæmones possent mouere localiter, possent mouere formaliter, cum unum sit causa alterius, sed hoc est falsum: ergo & primum.

Præterea: omnis actio est per contactum, sed spiritualis ad corporale non videtur posse esse contactus: ergo nihil poterunt agere haec in illa.

Præterea,

Præterea: motus localis est perfectior inter omnes motus, sed quod potest in maius potest in minus. si ergo Dæmones possent mutare corpora secundum locum, possent & secundum formam.

**I N C O N T R A R I V M** est, quia si creatura spiritualis non potest mouere corporale secundum formam. Si ergo non posset ea mouere secundum situm, esset vniuersum inconnexum, quia spiritualia non essent connexa corporalibus, nec haberent aliquam actionem in illa.

Præterea: secundum Aug. 3. de Trin. cap. 4. Deus corpora grossiora gobernatur per subtiliora, & corporalem substantiam per spiritualem, quod non esset, nisi aliquam actionem haberet spūales substantiae in corpora, sed non habent actionem secundum motum ad formam: habent ergo secundum motum ad bi.

### R E S O L V T I O .

*Angeli, vel Dæmones corpora ipsa, quantum ad locum, mouere possunt; cum eis corporea, quantum ad loci mutationem, non autem quantum ad formam, obedient: Non, quia motus localis est motuum primus, minusve materia transmutatur, sed quia motus localis, licet quantum ad locum, non tamen quantum ad esse ad materiam terminatur.*

Respondeo dicendum, quod ut patet ex verbis Aug. tā 11. super Gen. quād 3. de Trin. vbi hanc questionem pertractat: Angeli non mouent ad formam, sed quamcunque formam inducunt: hoc est colligendo, & adhibendo semina, sed colligere semina, & ea adhibere, & aetiu paſſiuis coniungere, non sit sine motu locali; oportet ergo, quod quantum ad motum localem corporalia spiritualibus obediāt. Sed quomodo hoc sit, quod corporalia obedient spiritualibus, quādum ad motum situm, non autem quantum ad formam: videtur non est facile. Assignantur autē communiter duas rationes: quare materia obedit substantiæ spirituali, quo ad situm, non quo ad formam. Nam motus localis duo in se habet. Primo quidem, quia ipse est motus primus. Secundo vero, qā per huiusmodi motū minus trāmutatione de substantia rei, quādum per aliquem alium motum: per huiusmodi enim motum non tollitur substantia, nec ea, quæ sunt in substantia, sed solum aliqua adiacentia ad aliud: ergo, quia substantiæ separatae sunt primæ in ordine vniuersi: dignum est, quod moueant secundum motū primū, & mediante illo motu moueant secundum alios motus, vel aliter non esset vniuersum ordinatum: ideo, vt aiunt, immediate mouent motū ad vbi, & mediante huiusmodi motu, mouēt motū ad formam.

Rursus, quia huiusmodi spirituales substantiæ: eo, qā nimis distant à corporalibus: habent se quasi agentia remota, non pñt nisi debiles effectus, si cut ignis à remotis debiliter calefaceret: debilis autem effectus est motus localis, qui minimam.

A transmutationem facit in substantia. Sed neutra istarum rationū sufficit. Nam sicut est ordo motuum, sic est ordo mobiliū: immo ordo motuum depēdet ex ordine mobilium. Si ergo ex ordine vniuersi volumus arguere spūales substantias tāquam primam partem vniuersi, non posse mouere nisi secundum primum motū: magis sequetur eas, nō posse mouere, nisi prima corpora. Hæc, n. fuit supersticio Philosophorū ponentū intelligētias non posse mouere, nisi cœlos, sed hoc nō cōcordat dictis Sanctorum ponentium, qā Dæmones colligendo, & adhibendo semina hoc faciūt: nec etiam veritati, quia quod potest in maius, potest & in minus. Quod. n. potest mouere totū vnum cœlum: potest mouere vnum lapidem.

Secunda etiam ratio non cōcludit. Nam licet substantiæ spirituales multū distent à corporibus fin differentiam essentiale. Multū tamen sunt intimæ corporibus fin virtualē. Nam fin Dam. lib. 1.c. 16. Spirituales substantiæ vbi operātur, ibi sunt. Cū ergo intelligentia operatur in corpore: intimior est ipsi corpori, qā corporale agēs. Nā corpus agens in aliud corpus, non est in illo corpore, sed est iuxta illud. sed spūs in ipso corpore est, in quod operatur. Si ergo nihil aliud oblistret: videretur, qā maiorem trāmutationem possit facere spiritus in corpore, quādum ipsum corpus, cum magis se profunder in illo.

Recurremus ergo ad superius dicta dicentes, qā Deus est super omnia: non determinatus ad agendum, nec fin certū motū, nec fin certas leges: cætera autem agentia determinantur ad certum agendi modum, fin conformitatem, quā habent ad paſſum: vt omne, quod sit, fiat à sibi simili: & qā forma materialis habet determinatum esse in materia; ideo habet determinato modo fieri, vt non fiat nisi per agēs, quod habet esse in materia. Sicut ergo intelligentiæ determinantur ad materiā, sic poterunt in materiā agere, vt omnis actio agentis creati fiat determinatio modo. Nō quod determinetur ad materiā quantum ad esse, vt qā habeant esse materiale, sed bene determinātur ad materiā quantū ad vbi, quia ita sunt in hac parte materiæ, & in hoc loco, qā non sunt in alio. Vnde & Dam. vult lib. 2.c. 3. qā Angelii determinantur loco. Cum. n. sunt in cœlo, non sunt in terra, vt ipse ibidem dicit: cum ergo determinatē se possint habere ad locū materialē: poterūt materiā mouere ad situm, sed cum nūquād determinetur fin

D materiale esse, non poterunt trāmutare materiā ad formam. Dicemus. n. cum Philosopho in 7. Meta. qā à domo, quæ est in anima, sit domus in materia; ita, qā à motu appreheſio in mente angelii sit motus in corpore, vt fin, qā Angelus apprehendit corpus moueri, sic ad suum nutū mouetur corpus. A forma tamen in mente Angelii immediate non fiet forma in materia. Quia licet Angelus determinetur ad materiale vbi, vt possit ex sua apprehensione causare motum ad situm, nunquād tamē determinatur per materiale esse, vt possit ex hoc sua apprehēſio causare materiā illo formam. Sed oportet, quod huiusmodi immate-

Philosopho  
rum super-  
sticio.

Angelis cur  
corpora obe-  
diant quādū  
ad motū lo-  
cale, no ad  
formam.

Tex. c. 23.

Angelii quo  
paſſi corpora  
nō conser-  
vant ad vbi, non  
ad formam.

Materiale  
triplex.<sup>4</sup>

riale determinetur per aliquid materiale, ut per materialia semina: ad hoc, q̄ possit materialem formam inducere.

Distinguimus ergo tripliciter de materiali, vt dicamus aliquid habere ordinem ad materialiam, quia est materiale fīm esse, vt corporalia, & talia possunt materialiam transmutare ad esse. Aliquid verò habet ordinem ad materialiam, quia habet esse in aliquo determinato materiali vbi, vt Angelus, & tale, quid potest transmutare materialiam fīm vbi, quod potest etiam corpus, cum & ipsum determinatē respiciat aliquid materiale vbi. Tertio dicitur aliquid habere ordinem ad materialiam, quia continet materialiam virtute, & potest ipsam materialiam de novo producere, & per consequens potest producere quicquid est in materia, & tale agens est Deus, cui omnia sunt subiecta. Immediate ergo potest Angelus transmutare materialiam ad vbi: coniungendo actiua passiuis, quod faciendo, potest ex consequenti inducere veras formas. Homines ergo, & Angeli possunt multa efficere, semina adhibendo, & actiua passiuis coniungendo: melius tñ hæc possunt Angeli, q̄ hoīes pp̄ quatuor.

Angeli in  
quatuor ex  
cellunt ho-  
mines in se  
mine adhi-  
bendo, &  
coniungendo  
actiua passi-  
ui.

Primo, quia magis nouerunt virtutes siderū: ideo in virtute cœli secundum horam constellationum possunt aliquos effectus facere, quos nō possunt homines, quia non ita plenè nouerunt, quæ coniunctiones siderum, ad quos effectus adiuvant.

Secundò hoc melius possunt, quia melius nouerunt virtutes istorum inferiorum: ideo melius sciunt, quæ actiua quibus passiuis coniungāt, ut faciant aliquos effectus mirabiles.

Tertio hoc melius possunt, quia celerius: & quando res sunt in potiori virtute possunt tales coniunctionē facere, vt aliquid, quod reperitur in partibus valde calidis coniunctū ei, qđ reperitur in partibus valde frigidis, habet aliquem effectū mirabile facere. Quod si homines dato, q̄ talia scirent, & vellēt tales effectū facere prius, quām coniungerent actum passiuo: propter magnā locorum distantia debilitaretur virtus eius, & quāsi tota exhalaret prius, quām cōiungeretur passio.

Angeli sunt  
vbi operan-  
tur.

\* Vide scho-  
lium d. 16.  
dub. 4 lute-  
ralis.

Quarto hoc melius possunt, quia sunt vbi operantur. Propter quod semper vident, qualiter se habet passum, cū existant in ipso passo, cui cōiungāt actū. Dato. p. q̄ aliquis & Alchimista optimè sciret facere aurum: posset tamen deficere, si minus, quām debet, vel magis materialiam, de qua vel let facere aurum, supponeret igni, vel alij actiuo, etiam, quia non videt homo ipsam substantialē formam, & quia non est in ipso passo, vt in quolibet pūcto videat qualiter se habeat passum, nō potest sic perfectè talia operari, vt Angelus. Assūgnari autem potest & vna rō. nam licet Angelus nec species, quas habet apud se, nō possit materialias formas inducere: eo, quod illæ species nō determinentur per materiale esse: propter qđ optinet, q̄ interueniant ibi aliqua semina tanquam materialia corpora media, vt hoc modo sp̄es in mentibus Angelorum possint in formā materialē attinēre cum illa semina, vel illa corpora sic

adhibita agant in virtute spiritualis substancialē: aliquid ultra suam virtutē facient, cū sint illius organa: homo ergo in coniungendb actiua passiuis: facit effectum infra naturā actiuerū, & passiuorum, quia nescit ea coniungere omni mō, quo coniungenda sunt. sed Angelus hoc modo effectum faciens, facit ipsum ultra, quā possent facere actiua, & passiuia: tum, quia scit ea coniungere omni modo, quo coniungenda sunt: tum etiam, quia huiusmodi actiua efficaciora sunt ad agendum. cum agant, vt organa spiritualis substancialē, & in virtute eius.

R E S P. A D A R G. Aa primum dicendū, q̄ anima nō potest mouere corpus nisi, quod vivificat, & mediante illo corpore mouere alia, q̄ non potest habere immediatum contactum ad alia corpora nisi mediante suo corpore. Hoc autem potest Angelus, vel Daemon, qui non est alligatus alicui corpori.

Ad secundum dicendū, q̄ alij motus causant ex motu locali cœli: non aut ex motu locali, quo rūcunq; corporū, sed si requiritur motus localis in alijs corporibus, hoc est, vt coniungantur actiua passiuis. Daemon ergo, & Angelus mouendo localiter corpora, pot cōiugere actiua passiuis, q̄ si ex hoc sequat alteratio, vel transmutatio ad formā, nō pp̄ hoc sp̄iales substancialē transmutabūt ad formā primo, & principaliter, sed ex cōsequēti.

Ad tertium dicendum, q̄ inter spiritualē formam, & corporalem non est contactus situialis, quia spirituales substancialē nō sunt in loco situatis, est tamen ibi contactus virtualis, & hoc sufficit ad hoc, q̄ moueant corpora.

C Ad quartum dicendū, q̄ motus localis est perfectior alijs motibus ratione subiecti. Nā prīus corpus generatur, & alias mutationes suscipit: vltimo autem mouetur localiter, vt appareat in corporibus animalium. Vēl possumus dicere, quod motus localis est perfectior ratione subiecti, q̄a subiectum secundum huiusmodi motum, minimam transmutationem patitur, & ex hoc subiectum huiusmodi motus est perfectius.

Ad formam autem arguēdi cū dicitur: Motus localis est perfectior: & quod potest in maius pot in minus: verum est, quando minus continentur in maiorī, vt qui potest solvere decem, potest solvere quinque, quia quinque continentur in decem, sed hoc non est in proposito.

A R T I C. III.  
D An Magicis artibus vti liceat.  
Conclusio est negativa.

D. Th. 2. Ser. 2. sent. d. 7. art. vlt. D. Bon. d. 7. p. 2. ar. 2. q. 3.  
Ric. d. 7. q. 8. Voril. d. 7. q. 1. & d. 8. q. 1.



E R T I O quæritur: Vtrum sit licet vti auxilio Dæmonū in Artibus Magicis. Et videtur, q̄ sic. Nā Paulus vīsus est auxilio Dæmonis tradēdo illum Corinthium Sathanæ, vt habetur. 1. ad Corinth. ergo, &c.

i. Cor. 10.

Præterea: Licet auxilium accipere à peccatoribus, ut eleemosynam, vel aliquid huiusmodi. Sed cum in Dæmonie non sit nisi natura, quæ bona est, & ipsum peccatum: videtur, q̄ liceat vti auxilio Dæmonum.

Præterea: Deus dedit virtutē verbis, & rebus, sed per aliqua verba aduocantur Dæmones; Cū ergo hoc habeant verba ex virtute diuina: videatur, q̄ liceat talibus vti.

Præterea, quod nulli nocet, & aliqui prodest: videtur esse licitum, sed multoq̄ies per inuocationē Dæmonū aliquæ res ammissæ recuperantur, sed hęc nulli obest, & alicui prodest: ergo, &c.

**I N C O N T R A R I V M** est, quia Aug. super Gen. vituperat Mathematicis iudicat̄es per constellationes. Cum ergo inuocationes Dæmonum sub certis horis, & sub quibusdam cōstellationibus fiant: talia vituperanda sunt.

Præterea: secundum eundem Aug. eodem lib. si aliqua vera dicuat Dæmones: hoc est, vt nos decipiāt, sed non est vtendum auxilio eorū, neq̄ est habenda eorum conuersatio, qui non intendunt nisi, vt nos decipiāt: ergo, &c.

### R E S O L V T I O .

*Arte magica vti non licet, cum sit ipsa contra legem Dei, bonum commune, bonumq; priuatum.*

**R E S P O N D E O** dicendum, q̄ intantū est aliiquid malum, inquantū contrariatur alicui bono. Possumus aut̄ distinguere triplex bonum, vi-  
tium, & singularis personæ: vel, qd̄ idem est: triplex bonum, diuinum, publicum, siue cōmune, & singulare. Vt autem auxilio Dæmonum, est agere contra Deū: cōtra reipublicā, & contra seipsum. Contra Deū quidē agit, qui in artibus magicis vti auxilio Dæmonū ratione infidelitatis, quia vt plurimum, tales credunt in Dæmonibus esse aliqd numinis, vel aliquid diuinitatis. Vnde & Antiquitus, quando plus vigebat magicæ artes, dātes responsum in idolis: Dij credebantur esse. Vnde Aug. 8. de Ciuitate Dei, q̄ Dæmones mirabilibus, & fallacibus signis Deos se esse persuaserūt, & quibus non potuerunt suadere se esse Deos, persuaserunt se esse medios inter homines, & Deos. Cum, n. homo, habeat intellectū sic obtenebratum respectu substantiarū separata rū: nullo modo expedit sibi habere conuersationē Dæmonum, ne decipiatur per eos credens ipsos esse Deos, & habere aliquid numinis.

Secundo hoc est cōtra Deum saltē rōne idola-triae, & diuinæ seruituris. Nam dato, q̄ vtiens sic auxilio Dæmonum, non sit infidelis, & non credit in eis esse aliiquid numinis, saltē tamen idola-tria est, quia nunquā sunt talia, nisi vel per oblationes, vel per reverentias aliquas factas Dæmonibus. Tantum, n. appetunt Dæmones diuinos honores, vt ex hoc inducanur ad faciendum quæcumque homines ab ipsis postulant. sic ergo se habēs est idolatra, quia honores Deo debitos, vt sacrificia, & reverentias, Dæmonibus tribuit.

**A**Vnde, & Aug. 10. de Ciuitate Dei, dat differentiam inter bonos Angelos, & malos. Nam mali Angelii ad seipso, vta it, colendos latrā: signis mirabilibus excitant: boni vero angeli hoc faciendum prohibent. Vnde, & Leuitici 26. talia prohibētur, vbi dicit̄, q̄ anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi.

Tertio hoc est contra Deum, quia in hoc videatur deridere Deum, quando illud, quod est ab eo querendū, ab alio querimus. Vñ & 4. Reg.

Ochozias fuit reprehensus, qui consulere voluit Belzebub. Vide ibidem dicit̄: Nunquid non est Deus in Israēl, vt ēatis ad cōsulēdū Belzebub Deum Acharon? Viso, q̄o non debemus vti auxilio Dæmonum in artibus magicis, quia hoc est contra Deum & volumus ostendere hoc non esse fiendum, quia est contra Rep̄publicam. Sunt, n. inimici Dæmones Rep̄publicæ, sicut ergo puniendus est ille, qui priuatōs contractus, & familiæ res conuersationes habere vellel cū inimicis Rei publicæ: sic puniendi sunt Magi habentes talia cum Dæmonibus, quia tales inimici sunt totius humani generis. Vnde 8. de Ciuitate Dei, recitat August. de Magicis artibus, quod in 12. tabulis: idest in Romanorum antiquissimis legibus com memorat Cicero esse conscriptum, quod suppli- cium erat ei constitutum, qui hoc fecerit, idest, qui talibus artibus v̄sus fuerit. Si ergo apud Gentiles, legibus determinabatur, puniendos esse v̄tētes talibus artibus, cum leges principaliter intendant bonum publicum: arguere possumus talia contra bonum publicum esse.

**C**Restat autem ostendere talia facienda nō esse, quia sunt cōtra singulare bonum vniuersalēsq; . Nam, vt dicit Augustinus 8. de Ciuitate Dei: Dæmones sunt nocendi cupidissimi, inuidentia liudi, fallacia callidi. Ideo, vt ibidem dicit̄, nullo modo credendum est eis. sed cum v̄tētes Magicis artibus in multis credant Dæmonibus, cū credere talibus sit malum ipsi credenti, quia non intendunt nisi ipsum decipere, quilibet deberet fieri ab hoc cauere propter seipsum.

Aduertendum tamen, q̄ cum querimus: Vtrū liceat vti auxilio Dæmonum, vel hoc intelligitur per artes magicas, & per priuatōs contractus, quod faciunt Magi, vel per diuinam potentiam constringendo Dæmones ad aliquam iustitiam exercendam, quod faciebant Sancti: primū non licet, secundum licet.

**R E S P O N D E O . A D A R G U M E N T U M .** Ad primum dicendū, q̄ Paulus nō fecit hoc per artes Magicas, sed per diuinam iustitiam, vel hoc non fecit Paulus per priuatōs contractus cum Dæmonie, sed per diuinam virtutem.

Ad secundum dicendum, quod peccatores quāndiu sunt in vita ista, possunt fieri membra Christi: & ideo ex charitate sunt diligēdi, & iunt eis beneficia impatienda, & possunt ab eis beneficia recipi, sed Dæmones sunt omnino obliniati in malo, & nihil intendunt nisi deceptionē nr̄am: propter quod eorum consortia sunt vitanda.

Ad

Tomo 5.  
cap. 16.

Leuit. 26. 20.

Reg. 4. c. 1.

Magia Reip̄. pub. aduersatur.

Tomo 5.  
cap. 19.

Magie bono  
particulari  
aduersatur

Tomo 5.  
cap. 22.

Tomo 3.

Magia Deo  
aduersatur

Tomo 5.  
cap. 22.

**Dæmones** nec verbis corporibus, nec herbis fabricantur. **Hinc nō** potest dēdū est se Dæmones subiacere corporalibus verbis. Nulla enim verba corporalia, nisi specialiter ibi esset diuina virtus, sicut in sacramentis, possunt constringere Dæmonem. Sed quicquid est in talibus, hoc est per quosdam priuatōs contractus, & per quoddam fēdus cum eis initum, & quia tales considerationes non sunt faciendae: ideo eorum auxilio nullatenus vti debemus.

Ad quartum dicendum, quod nulla utilitas potest inde prouenire, propter quā fieri debeat. quia non sunt facienda mala secundum Apostolum, vt euangelie bona. Nam talium secundum ipsum damnatio iusta est. Rom

### Dub. I. Litteralis.

**Dæmones** non nō faciunt, vt dicitur in 4. de iudic. nō. Huic doctri- nō pon ad ueritatem lo- cus Tobit. c. 6. 7. 8. qui ab Ang. Ica- ph expre- mimento didi- cit, sumum cordis cui- dū dī pīcīs supra carbo- nes politi exorcis- tū. Dæmonēs non nō fa- mus ille, sed Ange- lus per To- bit meri- sum, quod per cordis sumū ligni sciat, Dæ- monēs ex- tricauit. Nec leu- mis, nec ota- tions ver- ba, quibus eiiciuntur Dæmonēs, cogunt ip- sos, sed illis stibis viri sancti mer- tor exorcili- ri. Nec Salo- mon suis exorcismis coegerit Dæ- monēs si erat in statu si- lenti, nisi ex virtute diuina: sī, per modū signorū al- lientium Idq; ēt de exorcismis sacerdotali bus dicen- dum est, in quibus nō dubitamus vir ut dui- nō efficeret, que pī, & sancti po- feuntur.

\* Conser- vi in gratia habent libe- rū arbitriū liberius via sociibus. \* Ignorantū est inuolun- tarium \* T. c. 3. 37.



V P E R litteram quæritur primū de illo verbo: Boni verò Angelī arbitrium habent multo libe- rius post confirmationē, quā ante. Contra: Negatio non suscipit magis, & minus, sed ex hoc arbitrium est liberum; in quantum non potest cogi: non ergo est ibi date magis, & minus.

Dicendum, quod ex hoc creatura habet liberum arbitrium, in quantum nō coacte agit, quod agit, sed voluntariē. Licet ergo non coactum ratione negationis non suscipiat magis, & minus: Ratione tamen voluntarij, quod includit, potest ibi esse magis, & minus, quia una etiā potest esse magis voluntaria, quam alia. Possumus ergo dicere, quod in beatis, & in confirmatis non valentibus esse malū, est se arbitriū liberius, quā in viatoribus, vel in his, qui possunt velle, vel volunt malum propter tria. Primo ratione diuersitatis cognitionis. Secundo ratione diuersitatis appetitus. Tertio propter diuersam rationem rei voluntarē.

Nam primo ipsum se ignoratū est inuoluntarium, vt dicitur in 3. Ethic. Quia ergo nihil facit malum, vel potest facere ad malum, nisi, qui apprehendit illud, vt bonum: quicunque facit malum, vel potest facere, decipitur, vel potest decipi in existimando aliquid faciendum; & in qua- tum decipitur, vel pōt decipi, participat aliquid de inuoluntario, & instantiū minus habet de libe- bertate. Ante ergo, quām essent confirmati An- geli, poterat existimare esse faciendū, qđ nō erat: propter quod aliqua nescientia, vel aliqd falsum iudicium poterat esse in ipsis, & secundum qđ erant tales, minus habebant de voluntario, & per consequens de libero arbitrio.

Secundo hoc potest contingere ratione di- per- sistatis appetitus, quod specialiter est in hominē viatore. Nam homo viator videt in se habere contrarietatem appetitū, & se vnu appetitus tra- hit alium, sicut rota rotā, vt in 3. de anima dici- tur. Quod ergo sic sit cum quadam contrarieta- to appetitū, minus voluntariē sit, & per con- sequens minus liberē. Liberius ergo arbitriū ha-

### VII.

bebit hominē in patria, quām in via, vbi non habebit istam contrarietatem appetitū. Sic etiam & Angelus, dicēt non habeat diuersas potestas appetitivas, tamen quia ante confirmationē poterat ferri in bonum, & malum, quālibet eius volitio, quām habere poterat, nō erat ita voluntātia, sicut nō, cum non possit ferri nisi in bonū. Nam ferri in malum semper habet aliquid de inuoluntario, cum malum sit præter voluntatē, vt dicitur in 4. de iudic. nominibus.

Tertiū hoc potest contingere propter diuer- sat rationem, rei volitę, vt patet de projectione mercium in mari, quod uno modo est volitum, & non alio. Propter quod nō est omnino libera illa actio. Sed hoc in beatis, vel in Angelis confirmatis esse non potest, quia nihil contrastatiū, vel offensivum habere possunt; rōne cuius illud, qđ uno modo volant, alio modo nolint.

### Dub. II. Litteralis.

L T E R I V S autem dubitatur super illo verbo: Dæmones vi- gent sciētia propter reuelatio- nem supernorum spirituum. Contra: Dæmones sunt inimi- ci Dei, & Angelorum: nō ergo sunt eis reuelanda secreta.

Dicendum, qđ Deus, qui nouit bene vti malis: bene vtitur malo Dæmonis, vt malas pēnas iu- ste-infligatas ministerio Dæmonum exercere. Dæ- mones ergo libenter pēnas infligunt alijs, vt no- crant. Deus autem hoc agit per Dæmones vt suā iustitiam exerceat. Vnde Aug. 3. de Trinitat, qđ voluntas Dæmonis semper est iniusta, sed eius po- tentia semper iusta. Hanc autem potestatē à Deo accepta quia non est potestas, nisi à Deo ad pēnam malorum, ad laudem vero bonorum, vt ioldem Aug. dicit. Propter ergo bonum, vt pro- pter iustitiam exerceat: pollunt, & debent ali- qua reuelati Dæmonibus, quotum malo Deus bene vtendō, per ipsos malos iustas pēnas infert.

### Dub. III. Litteralis.

L T E R I V S autem dubitatur de illo verbo: Occulta quādam se- mina, ybi videtur velle; qđ Dæ- mones, quod faciunt, hoc agunt per quādam occultā semina. Contra: Mala, n. agunt, non per adhibitionem seminum, sed per cōiunctiōnēm actiōrum, & passiōrum. Præterea: nō sūt hīc occultā, cū sint corporalia.

Dicendum, quod semen in 2. Physic. compu- tatur inter causas actiūas: semina ergo dici pos- sunt, quācumque virtutes actiūes: & quia nihil faciunt Dæmones, nisi coniungendo virtutes actiūas passiūis: ideo nihil facerē dicuntur, nisi per adhibitionem seminum.

Vel possumus dicere, quod non habent agen- tia creata virtutem agendi, nisi ex diuino ordine & in quantum de potentia materiē educunt, que agunt: ea autem, que educuntur de potentia ma- teriē, dicuntur ibi esse secundum rationes semi- nales,

Beati viato- ribus libe- ratores.

Mercū in mari proies dīo.

Dæmones ab omni- geni Angelis, an re- uocacionē accipiant.

Tomo 3. cap. 7.

Dæmonū actions, an per semina,

sc. .... 1

**BIBL. B. 4.2.** nales, quid sint autem istae rationes seminales, in  
fra dicetur. Dæmones ergo nihil faciunt, nisi ad-  
hibendo semina occulta, quia quæ latent in ra-  
tionibus seminalibus materiæ, Dæmon coniungendo actiua passiuis, manifesta facit, & in aper-  
tum producit. Vel dicuntur ista semina occulta:  
**Cœli dispo-**  
**satio ad a-**  
**ctiones qua-**  
**rum confe-**  
**ssi.** quia virtutes istæ inferiores agunt in virtute cœ-  
li, ideo mutum refert qualiter sit dispositum cœ-  
lum, quando hoc, vel illud est fiendum, & quia  
talia sunt plenè nota Dæmonibus, & non nobis,  
Dæmones hoc modo faciendo aliqua miranda,  
dicuntur illa facere per quædam occulta semina,  
idest, per quædam virtutes occultas, vel per quæ-  
dam rationes seminales.

## Dub. IIII. Litteralis.



L T E R I V S autem dubitatur super illo verbo: Sicut mentem nostram iustificando, ubi vide-  
tur velle, q̄ sicut solus Deus o-  
peratur iustificationem nostrâ, alij aut possunt aliqua exterius  
exercere, ita solus Deus est ille, qui inducit for-  
mam: alij autem agentes possunt aliqua exterius  
operari. Contra: Non sunt subtrahēdæ operatio-  
nes a propriis agentibus, ipsa ergo natura, vel ip-  
sum agens naturale, inducit substâiales formas.

**BIBL. B. 4.2.** Dicendum, q̄ inductio formæ substâialis du-  
pliciter potest considerari, vel vt præsupponit ra-  
tiones seminales, vel vt non præsupponit eas. Cū  
præsuppositione enim rationum seminalium, agens naturale potest inducere substâiale formam. Ideo dicitur exterius operari, quia quod latet in potentia materiæ, exterius, & in apertum producit. Et sicut agens naturale hoc agit, sic &  
Dæmon coniungendo naturaliter actiua, & passi-  
ua, dicitur hoc agere. solus ergo Deus dicitur hoc  
facere, quia ipse est, qui indidit rationes actiuis,  
& passiuis, vnde hæc fieret. Quid sint autem istæ  
rationes, & vtrum aliquid de forma sit in mate-  
ria ante introductionem formæ, infra q̄retur.

## Dub. V. Litteralis.



L T E R I V S autem dubitatur :  
qa videtur Magister agere qua-  
fi de triplici potentia Dæmonū, videlicet cognitiua, volutiua, &  
operatiua, sed secundum Com-  
mentatorem in 12. Meta. aīæ  
cælorum non hñt de virtutibus

aīæ, nisi intellectiuam, & desideratiuam, sed idē  
iudicium est de animabus cælorum, & de qui-  
buscumque substantijs separatis, non ergo in tali  
bus sunt, nisi duas potentiæ: intellectus, & volûtas.

Dicendum, q̄ secundum quosdam in substan-  
tijs separatis sunt tres potentiae, videlicet intelle-  
ctus dirigens, voluntas imperâs, & potentia ex-  
equens: sed intellectus dirigens, & potentia ex-  
equens non differunt, nisi sicut intellectus practi-  
cus, & speculatiuus, qui sunt idem re, & subie-  
cto, differunt autem fine, & secundum rationem.  
nam finis intellectus speculatiui est verum, pra-

A tici bonū. Vel differt hic intellectus, & ille, quia  
secundum se est speculatiuus, vt verò extenditur  
ad voluntatem est practicus. Ideo dicitur, quod  
intellectus extensiōne fit practicus. Dicemus. n.  
q̄ id, quod est in intellectu, non est ratio agendi,  
vt ex hoc sequatur opus, nisi per imperium vo-  
lūtatis, ideo de ratione artificiati est, quod sit vo-  
lūtum, vt dicitur in 6. Meta. Intellectus ergo ra-  
tiones, quas haber factiua apud se, & qualiter res  
fieri debeant, ostendit voluntati, voluntas autem  
se determinat, vt agat per hanc rationem, vel per  
illam, eadem ergo ratio in intellectu existens est  
representatiua, & vt est determinata ad opus per  
voluntatem, est factiua. Ille ergo tres potentiae  
non sunt, nisi duas secundum rem, nam potentia  
cognitiua dicitur, vt est speculatiua, & illa eadē  
dicitur factiua, vt est practica.

Finalis Specu-  
latiui, &  
practicæ qd.  
Artit 2. No  
t. c. 3. & c.  
Bth. c. 2.

## D I S T. VIII.

De Angelorum unione ad corpora,  
et de eorundem in corporibus af-  
sumptis operationibus, deque  
modo, quo nostra ingrediuntur  
corpora, ac uexant.



C

D

O L E T ETIAM IN  
QVÆSTIONE VER-  
SARI &c. Postquā  
Magister determina  
uit de Angelis, quan-  
tum ad eorum natu-  
ram, & quantum ad  
eorum potentias, in  
patte ista, vt diceba-  
tur, determinat de  
ipsis per comparationem ad corporalem sub-  
stantiam. Circa quod duo facit, quia primo de-  
terminat qualiter se habeant Angelii ad eorum cor-  
pora. Secundo qualiter se habeat ad corpora no-  
stra, qualiter vexent ea, vtrum substantialiter in-  
tent in ipsa, & illabantur animabus ibi: { Illud  
etiam consideratione. } Circa primum tria facit,  
quia primo dubitado inquit qualiter se habeat  
Angelii ad corporum unionē, vtrum habent cor-  
pora naturaliter unita. Secundo qualiter se ha-  
beant ad apparitionem per corpora, vt qualiter  
appareant in corporalibus formis. Tertio dimis-  
sis profunditatibus circa prætracta, determinat  
veritatem. Secunda ibi: { Nec dubitandum. } Ter-  
tia ibi: { Ceterum hæc velut. } Circa primum di-  
quæ facit, quia primo mouet quæstionem, vtrum  
Angeli tam boni, quam mali sint corporei, & ha-  
beant corpora naturaliter unita. Secundo de hu-  
iusmodi quæstione exequitur ibi: { Quod ali-  
qui putant. } Circa quod tria facit, quia prima  
km opinionem quorundam exequitur de quæ-  
stione prætracta, quantum ad Angelos bonos, q̄  
habent corpora aæta de aæte subtili, & puro for-

Angelorum  
apparitionis  
qualis.

Dei, & An-  
geli appar-  
itionis qualis.

Hic Au-  
tor in vetu-  
mioribus,  
exemplari-  
bus Magistri  
h̄i, in recen-  
tioribus aut̄  
loco Gēna-  
dij legitur  
P. P. Augu.  
De ecclesi-  
dogmatib⁹  
cap. 83. vbi  
legitur oia-  
ve ba recita-  
ta à Magis-  
tro. Ille  
probatur au-  
toritas illa  
eē D. P. Au-  
gnō Gēna-  
dij, qui scri-  
psit de Viris  
Illustribus,  
ut ait D. Hie-  
ronymus.

sata: Secundo exequitur quantum ad malos, quia eorum corpora ratione culpæ fuerunt in deterius permutata in aerem spissorem, & adducit ad hoc ad auctoritatem August. Tertio ponit circa hoc opinionem aliorum, q̄ Angelii sunt incorporei, nec habent corpora sibi vnta, sed assumunt aliquando ea ad implendum aliquod ministerium, volentes, q̄ Aug. non dixerit ibi afferendo, q̄ Angelii, vel Dæmones essent corporei, sed aliorum opiniones referendo. Secunda ibi: {Angelis veromalis.} Tertia ibi: {Hoc autem alijs.} Tunc sequitur illa pars: {Nec est dubitandum.} In qua determinat de Angelis quantum ad eorum apparitionem. Circa quod duo facit, quia primo ait, Deum apparuisse in corporalibus formis, ut diversæ scripturae testimonia fuerunt. Secundo specialiter querit de Angelis, quomodo apparent in corporalibus formis ibi: {Sed ubi Deū.} Circa quod tria facit, quia primo querit de Angelis quomodo appareant. Vtrum quia creatur noua creatura ad illud opus, vel quia Angelii manentes in suis subtilibus corporibus, in quibus sunt inuisibilis; assumant quedam grossiora corpora, in quibus videri possint; vel tertio, hoc contingat, quia Angelii suum proprium corpus possunt vertere in species visibles, ut ingrossando eorum corpus, vel aliter circa ipsum agendo. Secundo adducit verba Augu. in lib. de Trini. sub his tribus membris hanc questionem proponet. Tertio respondet ad questionem factam per eundem Augustinum, afferentem hoc excedere suas vires, qualiter Angelii appareant. Secunda ibi: {Ait enim Augustinus.} Tertia ibi: {Sed fatetur excedere.} Tunc sequitur illa pars: {Ceterū hec velut.} In qua, relatis difficultatibus circa p̄tacta, determinat veritatem dicens, q̄ relinquendo h̄ec profunda, & obscura, tenēdum est, quod Deus in sua substantia nunquam apparuit mortalibus. cum enim ipse sit immutabilis, cōsequēs est, q̄ sit & inuisibilis. apparuit tamen Deus in substantia creata, quae ministerio Angelorum facta erat, in quo etiam possumus intelligere quomodo apparent Angelii, quia possunt apparere in aliqua creatura corporali eorum ministerio facta. Tunc sequitur illa pars: {Illud etiam consideratione.} In qua determinat de Angelis per comparationem ad corpora nostra, quomodo ea subintendit, & vexent. Circa quod tria facit, quia primo mouet questionem dicens, q̄ siue sint Angelii corporei, siue incorporei, dignum est considerare, quomodo nos vexant: vel quia substantialiter intrant nostra corpora, & illabuntur animabus, vel solum dicuntur hoc facere, non q̄ nobis substantialiter illabuntur, sed quia malitia sua effectum in nobis exercet. Secundo questionem propositam solvit, q̄ Angelii introeant homines, cum hoc Euangelium dicat, sed hoc non est, q̄ eis substantialiter illabuntur, sed solum propter malitiae effectum, quod conformat per auctoritatem Gennadij, & Bedæ. Tertio cōcludit ex p̄tactis auctoritatibus, q̄ Dæmones substantialiter nos non intrant, sed propter effectum malitiae,

A quem in bonis exercent: & dicuntur a nobis pelli, quando non sinuntur nobis ulterius nocere: Secunda ibi: {Quod in homines introeant.} Tertia ibi: {His auctoritatibus ostenditur.} Et in hoc terminatur sententia Lectionis, & Distinctionis.

## Q VÆ S T I O I.

*De unione Angelorum ad corpo-  
ra, deque eorundem corpori-  
bus assumptis.*



V I A Magister in littera agit de Dæmonibus per comparationem ad corpora, & ad operaciones, quas habet in corporibus: Ideo de his duobus queremus. Circa primum autem queremus tria. Primo: Vtrum Dæmones habeant corpora naturaliter vnta. Secundo si non habent: Vtrum possint corpora assumere. Tertio unde ea assumunt.

## A R T I C. I.

*An Angelii habeant corpora, ab ipsi informata. Conclusio est negativa.*

D. Tho. p. 1. q. 51. artic. 1. Et 2. ser. 1. senten. d. 8. q. 1. artic. 1. Et Quol. 9. artic. 6. Et cōtra Gēt. c. 45. 49. 90. Et in q. dilp. q. 6. d. P. 1. arti. 6. Et de malo q. 16. arti. 1. Et Opuscul. 21. 1. c. 3. Et Opus. 15. c. 8. D. Bonav. d. 8. artic. 1. q. 1. Alb. Mag. de Moys. & loquit. Ange. q. 5. artic. 11. Ric. d. 8. q. 1. Capr. d. 8. q. 1. Bartho. Syb. 3. Dec. c. 2. q. 1. Vide pro hoc artic. Scholium nostrum infra artic. 2. Sed perpende Concilium Nigenium. 2. quod laudavit sententiam Beati Ioannis Episcopi Thessalonicensis, qui cum reprehenderet Gentilem quendam, vñsum pingendi Angelos contempnēti, dixit: Angelii corporei, & imitabiles pictura existunt, & circumscribi possunt: & in forma hominis pinguntur, quia in ea, & proprio corpore vñsunt. Hæc referente Tarijio Patriarcha, libroque B. Ioan. Episcop. inquit cum Gētile dispiciat, perlesto, sacra synodus respondit: Etiam dōmīni. Sed nodus dissoluitur. Quia Synodus non affirmauit Angelos esse corporeos, sed modum conuincendi Gentilem approbavit. Nam quandoque licet extreum probate, ut alterum tollatur. Hæc autem controversia nō dum Ecclesie censura terminata est.



D. p̄tiniū sic proceditur: vñ, q̄ Angelii, vel Dæmones habeant naturaliter vnta corpora, quæ vñscent. Nam omne animal est diuisibile in corpus viuificatū, & in spiritū viuificantē: sed Angelii sunt aialia, q̄a ut dñ. 8. de Ciui. oīum aialiu, in quibus est aia rōnalis, tripartita est diuisio, in Deos, Homines, & Dæmones. Dæmones ergo sūt aialia, & pari ratione Angelii. nam, & Greg. in. Homilia Epiphaniæ dicit Angelum esse rationale animal: ergo &c.

Præterea nobilis est illud, vt vñ; qđ in se h̄et vitā, & aliud viuificat, q̄ illud, qđ in se h̄et vitam tm̄. sed aia in se viuunt, & corpus viuificat: si ergo Angelus solū in se viuet, & corpus nō viuificaret, esset aia nobilio ipso, qđ est incōueniens.

Præ-

Tomo 5.  
cap. 14.

Animalia  
tria genera.

Præterea concupisibilis phantasia, & furor, quæ est passio sensibilis, non reperiuntur nisi in corporibus viuificatis per animam. sed in Dæmonibus secundum Dion. 4. de diui. no. est phantasia proterua, concupiscentia demens, & furor irrationalis: ergo &c.

Cop. de dñe  
renita sub fi  
gura

Præterea secundum Porphyrium rationales sumus nos, & Dij: sed mortale additum separat, nos à Dijs, sed cuicunque competit differentia, competit, & genus. Si ergo Dij, idest, Angeli sunt rationales, erunt & animalia, & per consequens habebunt corpora, quæ viuificant.

IN CONTRARIUM est Dam. lib. 2. qui vult angelos non cōtineri à parietibus, & ianuis, & claustris, ergo non habent corpora, quia corpus teneretur a corpore.

Præterea vult idem Dam. eo. lib. & c. Angelos esse indeterminabiles, sed omne corpus est aliquius figura, & oīs figura termino, vel terminis cōtinetur: essent ergo determinabiles, & figurabiles, si haberent corpora, quæ viuificant.

## Dub. I. Lateralis.

An Angeli, ut Motores mobilibus, sint corporibus naturaliter uniti. Conclusio est negativa.



L T E R I V S , dato , quod Angeli non habeant corpora naturaliter sibi unita , quæ viuificant, queritur vrum habeant corpora naturaliter sibi unita, quibus sint inseparabiliter coniuncti tanquam motores mobilibus, siue sint Angeli boni, siue mali. Et videtur, quod sic, quia secundum Trismegistum, ut recitat Aug. 8. de Civi. Homo potest facere Deos, quia potest copulare per artem quosdam inuisibiles spiritus visibilibus corporibus, ut sint quasi animata corpora spiritibus illis dicata, & subdita simulacra. Si ergo possunt copulati corporibus, ut illa sint, quasi animata, hoc est, quia possunt inseparabiliter vniiri eis : ergo &c.

Præterea ponendū est vniuersum esse cōnexū, ergo spirituales substantiae sunt coniunctæ, corporibus, vel aliter esset vniuersum dissutum. sed id, quod est semp, videtur esse naturale, ergo &c.

Præterea secundum Aug. 12. super Gen. posse sunt Dæmones longè iam facta prænunciare, nō solum acrimonia cernendi præstantiore, quam nostra sit, sed etiam ipsorum corporum longè antiquæ subtiliorum mira velocitate. habent ergo corpora agilia, & naturaliter sibi unita.

IN CONTRARIUM est Dam. lib. 2. qui diffiniens Angelum dicit, quæ est substantia intellectualis incorporea.

A

## Dub. II. Lateralis.

An Angeli, ut suppositum natura, corpori vniiri possint. Conclusio est negativa.

Vide infra Dist. 17. q. vlt. artic. vlt.



L T E R I V S autem dato , quod Angeli non habeat unita corpora, quæ viuificant, & quod non sint uniti corporibus, ut motores mobilibus inseparabiliter; dubitatet forte aliquis : Vrum possint sic esse uniti corporibus, ut unitur naturæ suppositum. Et videtur, quod sic. quia verbum Dei est nobilis quolibet Angelo, sed verbum est unitum naturæ corporali, quia in eo tanquam in supposito sustentatur natura corporalis, ergo multo magis hoc habet Angelus .

Præterea quicquid est corporeum, respectu Dei, habet corpus sibi coniunctum inseparabiliter, sed Angelus est corporeus respectu Dei, ut dicit Dam. lib. 2. Habet ergo corpus sibi unitum, quia si non esset ei inseparabiliter unitum, non diceretur ex hoc esse corporeus. sed huiusmodi corpus non est unitum Angelo tanquam viuificatum ab eo, ut patebit ex solutione questionis secundæ, ergo est ei unitum tertio modo, tanquam naturæ suppositum.

Præterea diffiniuntur Dæmones, 9. de Ciuit. Dam 9. quæ sunt genere animalia, animo passiva, mente rationalia, corpore aerea, tempore æterna, sunt ergo corporei, & habent corpora unita, vel tanquam ab ipsis viuificant, vel tanquam ab ipsis mota, vel saltem tanquam eis coniuncti, sicut suppositum est coniunctum naturæ.

IN CONTRARIUM est, quia coniunctio suppositi in aliena natura est adeo mirabilis, quæ est ineffabilis, sed hoc non potest competere supposito creato, quod unitatur alicui naturæ creatæ ineffabiliter : ergo &c.

## Resolutio Artic. I.

Angeli, quia immediate per essentiam instar anima corporis non attingunt; corporum formæ, ac perfections non sunt: sed corpora ipsa ex virtute non organica, omni defatigatione semota, mouere dicuntur.

D

E S P O N D E O dicendum ad quoniam primâ, cum queritur: Vrum Dæmones habeant corpora sibi naturaliter unita, quæ viuificant. quæ aliqui non potuerunt transcendere corpus. Vnde Aug. 12. super Gen. circa finem Tomo 3. ait, quæ istæ species corporales, quas sensu carnis attingimus, eis multi ita dediti sunt, ut solas esse arbitrentur, & quicquid tale non est putant omnino non esse. Sic etiam in 4. Physicorum dicitur, quosdam opinatos fuisse, nihil esse, quod non est localiter alicubi. Tales enim non potuerunt transcendere corpora. Sed sapientes Aegid, super ij. Sent. Tome 3. li 2 licet

licet habeant corporalia sensibus praesentiora, certiores tamen sunt de in corporalibus, quam de corporalibus. Vnde Aug circa finem dicti 12, ait: Sapientes autem ita se habent in his corporalibus visis, ut quantum eis praesentiora videantur, certiores tamen sunt in illis, quæ præter corporis speciem intelligendo perspiciunt, quamvis ea non valeant ita mente conspicere, ut hæc sensu corporis intuentur. Oportet ergo præter corporalia pone et spiritualia, & certiores esse de spiritualibus, cuam de corporalibus, nam ista corporalia non sunt nisi per illa: & Propter quod v-

1. D. B. S.

vnumquodque, & illud magis. Aliqua ergo transcedunt corpora, ponentes spirituales substantias, sed nullas tales ponunt nisi unitas corporibus, ita ut etiam ipsum Deum ponant corpori unitum, & dicant ipsum esse animam mundi, ut recitat Aug 8. de Ciu. de Varrone, qui usq; ad hoc potuit Theologiam naturalem extendere, ut pones Deum animam mundi. Sed hoc stare non potest, oportet enim esse aliquem spiritum, qui nullo modo sit forma corporis, & q; ex eo, & corpore non fiat unum secundum esse. Nam nunquam ex duobus sit aliquid unum, nisi sit dare aliquid tertium, quod sit causa efficiens, & unitus illa duo.

Tome 5.  
Cap. 1.

Propter quod in 8. Meta. scribitur, q; non oportet querere, quomodo ex materia, & forma fiat unum. non enim talia habent causam, nisi motorem, licet non sit dare collam, vel clavum coniungentem potentiam actui, & formam materię: semper tamen in talibus oportet dare causam agentem, facientem potentia tale, actu tale. Si ergo Deus esset forma alicuius corporis, ut videbatur Varro sentire, oportet dare aliquid supra Deum, ex cuius actione esset Deus suo corpori coniunctus. Vnde & nos ipsi, ponentes verbum coniunctum carni, dicimus, q; non est in eis communem speciem accipere, nam si ex Verbo, & ex carne resultaret una natura, & unum esset forma alterius, Verbum non fuisset cooperatum incarnationem suam, quia nulla forma ipsam potest facere in materia, & per consequens nec Pater, nec Spiritus sanctus fuissent operati incarnationem, quia indivisa sunt opera Trinitatis, sed oportet, si hoc esset, dare aliquid aliud supra deum, ex cuius opere Deus esset unitus carni, sive corpori.

Text. II.

Prætermisso ergo hoc errore, quia impossibile est Deum esse animam, vel formam alicuius corporis, videamus de his, quæ sunt infra Deum: D

Ex verbo, & carne non resoluta terrena natura.

Vtrum omnes rationales substantiae sint unitæ corporibus. Est autem spiritualis substantia secundum opinionem Platoniconum tripartita, ut narrat Augu. 8. de Ciu. Dei. In Deos homines & Dæmones. Deos autem appellat bonos Angelos. Vnde eo. lib. 8 dicitur, quod hi sunt Di bouni, quos sanctos Angelos vocamus. Omnes autem has rationales substancias posuerunt Platonici, ut Apuleius Platonicus de hoc librum scriptit, cōiunctas corporibus, aliter tamen, & aliter, quia dixerunt Deos habere corpora cœlestia, Dæmones aerea, homines terrestria. Vnde in distinctione data de Dæmonibus ab eisdem Platonicis

Demonum distinctione ex Platone.

A dicitur, ut patet ex codem 8 de Ciu. Dei. q; Dæmones sunt generis animalia, animo passiva, mente rationalia, corpore aerea, tempore æterna. Per hoc ergo, quod ait, quod Dæmones sunt generis animalia, & mente rationalia, conueniunt cum Diis, & hominibus: in eo quod sunt animo passiva, conueniunt solum cum hominibus, in eo quod sunt tempore æternæ conueniunt cum Diis, sed in eo, quod sunt corpore aerea: hoc habent proprium, quia in hoc differunt à Diis habentibus corpora cœlestia, & ab hominibus habentibus terrestria.

Sed hæc positio rationabiliter stare non potest. Dicimus enim Angelos nulla habere corpora, quæ vivificant, nec simplicia, sive sunt aerea, sive cœlestia, nec etiam composta, sive mixta. Quod enim Angeli tanquam, quæ vivificant, non habent corpora simplicia, tripliciter possumus declarare. Primo ex parte talium corporum: Secundo ex parte Angelorum: Tertio ex parte virtusque.

Prima via sic patet: Nam cum corpora simplicia sunt uniformia, qua ratione esset animata una pars, esset & quælibet. Quælibet ergo pars aeris esset animata, immo quia aer non est bene terminabilis termino proprio, nec possunt esse duas partes aeris coniunctæ, nisi fiat inde unus aer, non haberent corpora sufficienter distincta Dæmones, si haberent aerea. Est enim contra rationem ponere, quod quælibet pars cuiuslibet elementi sit animata, licet alii hoc posuerint.

Secundo hoc idem possumus arguere ex parte ipsorum Angelorum. Nam nunquam dicimus, quod forma sit propter materiam, ut quod anima sit propter corpus. Cum ergo intelligentiæ sint plena formis, nec alias species acquirant per hæc corporalia, nullum bonum sortiretur Angelus ex sua unitate ad corpus, non ergo esset corpus illud propter Angelum, sed econtra, anima ergo nostra, quæ nascitur, sicut tabula rasa, & quæ suas perfectiones acquirit per corpus, eo quod nostra scientia incipit a sensu, est unita corpori, & in hoc corpus est propter ipsum, & est bonum ei, quod corpori unitatur: sed intelligentiæ, quæ sunt plena formis, si sunt unitæ corporibus, sive illa corpora essent cœlestia, sive aerea, sive quæcumque alia, essent intelligentiæ illæ propter corpora, non conuerso.

Tertio hoc idem patet ex parte virtusque, nam anima unita suo corpori, tanquam proprio organo, ipsa enim membra corporis sunt quasi quædā organa ipsius animæ. Et ideo dicit Commen. in 1. De anima, quod membra Leonis, & membra Cerui non differunt, nisi quia animæ differunt. Imaginabimur enim, quod sicut instrumenta diuersarum artium differunt, quia ipsæ artes differunt: sic membra diuersorum animantium differunt, quia animæ differunt. quare si anima comparatur ad corpus sicut ad suum organum, per quod exercet operationes suas: sicut artis suas actiones exercet per sua instrumenta, conse-

Mébra Leonis, & Cerui cur differeantur. c. 52. 53. deo supra & infra nos semel.

tes.c.66.

consequens est, quod non vniatur anima, nisi corpori organico: corpus autem organicum oportet habere diuersitatem in partibus. nullum ergo corpus simplex potest esse animatum, vt sufficienter circa finem tertij de anima probatur.

Prima ergo ratio arguit Angelos non viuiscare corpora elemētaria, hæc autem ratio tertia generalior est, concludit enim Angelos non viuiscare quæcunque corpora simplicia, siue sint elemētaria, siue cœlestia. Secunda autem ratio ad hoc generalior est, concludit enim Angelos non viuiscare quæcunque corpora, siue elemētaria, siue cœlestia, siue mixta.

Possimus tamen supponendo, quod non possit animari, nisi corpus mixtum, adducere tres rationes ad probandum Angelos non esse corporeos, nec viuiscare corpora. Prima ratio sumitur ex parte ipsius corporis humani: Secunda ex parte ipsius animæ: Tertia ex parte ipsius Angelii.

Prima sic patet: nullū enim corpus est, nec potest esse magis redactum ad medium, quam corpus hominis. ideo hō est prudentissimū animalium, & habet meliorem tactum, quam possit habere aliquid animal, eo quod tactus est media proportio tangibilium. Si ergo Angeli haberent vñita corpora, quæ viuiscarent, vel essent eadem specie cum corpore humano, & tunc ipsi Angeli essent eiusdem speciei cum homine, quod est inconueniens: vel essent alterius speciei, & tunc non essent ita redacta ad medium, sicut corpus humanum, quia nullum corpus differens specie a corpore humano est ita redactum ad mediū, ut ipsum, essent ergo Dæmones hebetioris, & obtusioris mentis, quam homines.

Secunda via sumitur ex parte ipsius animæ, nam anima, quæ vñitur corpori, perfectiones suas intelligibiles acquirit per corpus, vel aliter frustra vñiretur corpori. omne autem tale, quod perfectiones intelligibiles acquirit ab alio, est potentia pura in genere intelligentium, cum de se non sit actu quid intelligibile, sed fiat quid intelligibile recipiendo species aliotum. vnde anima nostra, quia talis est, dicitur se intelligere intelligendo alia, quia efficitur actu talis recipiendo species aliorum. omne autem, quod est potentia pura, oportet, quod dicat gradum punctalem, nam nihil est infra potentiam puram in genere entium, quod non sit ipsum nihil: vel nihil supra, quod non sit ens in actu. sic nihil est infra potentiam puram in genere intelligibilium, quod non sit quid sensibile carens intellectu: & nihil supra est, quod non sit respectu intelligibilium, quid in actu. Substantia itaque spiritualis ideo vñitur corpori, quia per se non habet perfectiones sibi debitas, nec habet species intelligibiles, sed per corpus acquirit eas. Ideo omnis talis substantia est sicut tabula nuda, in qua nihil est scriptum: & sicut potentia pura in genere intelligibilium. Erit itaque huiusmodi substantia spiritualis sic vñita, media inter intellectua in actu, & sensibilia, sicut materia prima

Homo est  
animal pru-  
dentissimum.Anima est  
poten-  
tia in gene-  
re intelli-  
gibilium.Potentia pu-  
ra dicit a-  
ctum pun-  
ctalem.

A est media inter ens, & nihil. Propter quod sicut materia prima dicit quoddam esse punctale, vt nihil possit esse infra, nisi sit nihil, & nihil supra, nisi sit ens in actu, sic & substantia spiritualis vñita corpori secundum gradus essentiae, oportet,

Mati. est  
medium in  
ter ens, &  
nihil, ex  
Auct. t. Phy-  
sic. com. 70.

quod in quodam gradu punctali existat, cum sit potentia pura in genere tali, vt nihil sit infra illum gradum, quod non caret intellectu: & nihil supra, quod non sit substantia absoluta a corpore, & quod non sit in genere intelligibilium quid in actu. Si ergo Angeli, vel Dæmones, vel quæcunque spirituales substantiae, essent formæ, & perfectiones corporum, acquirerent suas species intelligibiles, & suas perfectiones per corpus, vel aliter, quod esset ridiculum, dicere, essent illæ substantiae spirituales propter corpora:

B & si tales substantiae non haberent apud se species intelligibiles, sed acquirerent eas per corpus, essent sicut tabula nuda, & sicut potentia pura in genere intelligibilium, essent ergo in eodem gradu essentiae, & per consequens eiusdem speciei cum anima rationali, non ergo tales spirituales substantiae essent Angeli, vel Dæmones, sed essent animæ rationales. Nulla ergo substantia intellectualis differens specie ab anima rationali, potest esse forma corporis. Nec dici potest, quod inter substantias intellectuales coniunctas corpori sit dare gradus, ut puta, quod aliquæ substantiae sunt, quæ sunt potentia pura in genere intelligibilium, quæ nullas species intelligibiles habent apud se: sed omnes huiusmodi species acquirunt per corpus, & tales substantiae sunt animæ rationales. Aliquæ verò huiusmodi substantiae sunt, quæ nec omnes huiusmodi species habent concreatas, nec omnes acquirunt per corpus, sed aliquas ha-

bent concreatas, & aliquas acquirunt per corpus: & in hoc sunt multigradus, quia aliquæ plures habent concreatas, aliquæ pauciores: aliquæ etiam plures huiusmodi species acquirunt per corpus, aliquæ pauciores. Nam cum noīta cognitio incipiat a sensu, si volumus p sensibilia in intelligibiliia procedere, dicemus cum Dam. q inter cetera,

Intellectus  
oculo simili-  
mus. ex  
t. c. 30.

quæ magis gerunt similitudinem intellectus, est oculus, hoc enim est oculus in corpore, quod in intellectus in anima: vnde & Philosopher in 3. De anima, Phantasmata, a quibus recipiunt similitudines in intellectu, assimilat coloribus, a quibus recipiuntur similitudines in visu, nihil enim tale videmus, vt quod aliqua habeant aliquos colores a se, & aliquos recipient ab alio: immo ea, quæ recipiunt colores ab alio, nullos habent colores de se. Ideo pupilla facta est abs coloris, vt posset omnes colores recipere. Sic & in intelligibilibus nihil tale erit dare, vt quod aliqua substantiae spirituales habeant aliquas species intelligibiles concreatas in se, & aliquas recipient ab alio, vel ab extra: immo ea, quæ sunt apta nata acquirere species intelligibiles ab alio, nullas habent species concreatas in se. Et quia omnis substantia spiritualis vñita corpori est apta nata acquirere intelligibiles species per corpus, ideo quilibet talis substantia nascit sicut ta-

Pupilla est  
sive colo-  
re.  
2. de aia. 21.  
72. & 3. lib.  
tes. 31.

Anima eur  
rebus ea.

bula rasa, & est sicut potentia pura, & nullas habet species intelligibiles concreatas in se, & quia in potentia pura, ut diximus, non est dare gradus. Ideo omnes tales substantiae tenent eundem gradum essentiae, & sunt eiusdem speciei. Vtrum autem inter huiusmodi substantias una habeat meliora naturalia, quam alia, non est praesens speculationis sufficiat autem ad praesens scire, quod loquendo de gradu essentiae, secundum quem constituantur omnes species, omnes tales substantiae sunt in eodem huiusmodi gradu, & sunt eiusdem speciei cum anima rationali: & quia Angeli, & Demones, & quæcunque spirituales substantiae, ordine naturæ sunt supra animas rationales, non sunt eiusdem speciei cum huiusmodi animabus; consequens est, nullas tales substantias esse vniuersitas corporibus, sicut vniuntur perfectiones, & formæ.

Tertia via ad hoc idem sumit ex parte ipsorum Angelorum, oportet enim, quod quæ ordinata sunt, cum coniungunt alicui, quodam ordine coiungantur. cum enim essentia, & virtus secundum quendam ordinem se habeant, oportet si coniungantur alicui, quodam quodam ordine coniungantur, loquendo enim de substantia intelligibili, ad quam sequitur sua virtus, nunquam æquè immediate coniungentur substantia, & virtus. sed si huiusmodi substantia coniungitur corpori, vel hoc est, quia prius ei coniungitur essentia, & per essentiam virtus: vel quia immediatus coniungitur virtus, & per virtutem essentia. Nam si coiungit substantia intelligibilis corpori, hoc erit prout aliquem actum dat corpori. Ille itaque auctus, vel erit esse, vel erit agere. Si esse, cum esse sit ab essentia, huiusmodi spiritualis substantia immediate coniungetur per essentiam, & sic coniungitur anima rationalis corpori, quia dat esse corpori. Sed si huiusmodi actus sit agere: cum agere sit a virtute, & a potentia, tunc illa spiritualis substancialia immediate coniungetur corpori per virtutem, & ratione virtutis dicetur esse coniuncta essentiae, secundum quem modum Motores orbium coniunguntur orbibus, vt modo conuerso sit coniunctio hic, & ibi. nam anima rationalis prius intelligitur coniungi corpori per essentiam, quam per intellectum, & voluntatem, quæ sunt potentiae fundatae in ipsa essentia. ideo dictum est, quod intellectus nullius partis corporis est actus: sed Motores orbium prius coniunguntur orbibus per intellectum, & voluntatem, per quas mouentur orbites: & quia intellectus, & voluntas fundantur in ipsa essentia, dicuntur Motores orbium esse coiuncti orbibus immediatus, per intellectum, & voluntatem, & ex consequenti dicuntur eis coniungi per substancialiam. Si ergo Angeli, vel Demones haberent corpora naturaliter sibi unita, quoniam essent perfectiones, & formæ, & quibus daret esse, vniuersitas corporibus illis immediate per suam essentiam, non per intellectum, & voluntatem, ergo illi Angeli, vel Demones sic uniti, primo mouerent corpora sua, & mediantibus corporibus illis, possent mouere alia corpora, sicut & ani-

Anima cor-  
poris, & Mo-  
tor cœlo-  
guomodo  
iungantur.

A mæ nostræ faciunt, quamdiu coniunctæ sunt corporibus: non autem possent illa corpora immediate mouere per intellectum, & voluntatem, quia huiusmodi potentiae non immediate attingerent corpus. Oportet itaque dare aliquas virtutes organicas, quæ immediate attingerent corpus, & quæ essent immediata perfectio organorum corporalium, mediantibus quibus fieri et motio corporis: & quia omnibus talibus potentiarum accidit lassitudo, non possent mouere, nisi in mouendo eis accideret lassitudo. Arguat ergo sic: Angeli, & Demones in mouendo corpora non lassantur, nec accidit eis fatigatio, cu[m] videamus aliqua corpora mota ab huiusmodi substancialiis sine interpellatione moueri, cuiusmodi sunt lucis celestia corpora: sed quæcunque substantiae non fatigantur in mouendo, non mouent per virtutes organicas: & quæ non mouent per virtutes organicas, non sunt formæ corporum: consequens est, Angelos, & Demones non esse formas corporum, non. n. fatigatur Angelus in mouendo cœlum, vel in mouendo quodcumque corpus, quia immediate attingit illud corpus non per essentiam, cuius est dare esse, sed per virtutem, cuius est agere, & mouere, & quia virtus illa est non organica, ideo potest semper sine fatigazione mouere. Anima autem, quia immediate attingit corpus per essentiam, non per intellectum, & voluntatem, quæ sunt virtutes non organicas, ideo si debeat corpus mouere, sicut quilibet experitur in seipso, non sufficiet intentione, vel voluntas, vel non sufficiet velle, & intelligere, nisi adsit ibi virtus organica immediata corpus attingens, & agitans atque mouens: virtus ergo non organica, & substantia, a qua oritur, quodam ordine coniunguntur corpori, vt non vitunque possit æque corpori coniugi immediata, sed vel immediata coniungetur corpori per virtutem non organicam, & tunc mouebit sine fatigazione, & non dabit esse, nec erit forma eius: vel immediata coniungetur per essentiam, & mediante illa, coniungetur virtus non organica, & tunc dabit esse corpori, & erit forma eius: & si dat esse, & est forma, sine fatigazione mouere non poterit. Angeli itaque, & Demones quibus splendida, & integra naturalia remanserunt, vt dicitur 4. de di. no, quia sine fatigazione mouent corpora, non sunt formæ, & perfectiones corporum.

D

R E S P. A D A R T I C. I.  
D primum dicendum, q[uod] dictum Aug. 8. de Ciui. Dei, non est secundum opinionem propriam, sed est recitatuum opinionis aliorum, est. n. dictum Apulei, vt patet per Aug. ibidem. Et si dicatur, quod hoc Augu. non improbat, ergo videtur, quod approbet. Dicci potest, quod Aug. pauca voluit de Angelis assertiu[m] dicere, vt patet communiter intuentibus suos libros, ideo non multum curauit communiter disputare de eis. Vel possumus dicere, q[uod] non valet: si opinionem aliquam recitamus, & eam non improbamus, q[uod] ipsam approbemus, & maximè si non accipiamus hoc tamquam veritatis fundamentum, sed tanquam opinatiu[m] dictum. Vel

Augustinus  
pauca asse-  
runt de An-  
gels. idea  
infrin se-  
mcl.

*Vel possumus dicere, quod Dæmones dicuntur animalia, ut communiter ponitur, quia proprietates animales insunt spiritualibus substantijs per modum eminentiorem, & altiorum. Ideo, ut communiter dicitur, quia cognitionem de sensibilibus eminentiori, & altiori modo habent substantias intellectuales, quam animalia: ideo per quamdam eminentiam huiusmodi substantiarum dicuntur esse animalia, non quia sint composita ex corpore, & anima, sed quia eminentius habent multas proprietates, quas habent animalia sic composita. Propter quod patet solutio ad dictum Grego, dicentis angelum esse rationale animal.*

*Ad secundum dicendum, quod dare vitam alijs formaliter, non est simpliciter nobilitatis, cum forma dependeat a propria materia, habere ergo vitam in se, & dare alijs vitam efficienter, communiter ponitur, & bene, esse quid nobilitatis. quia cœla secundum, quod huiusmodi non dependet a suo effectu: sed habere vitam in se, & vivificare aliud formaliter, non est simpliciter nobilitatis, quia nobilior esset substantia in se viuens, si non esset perfectio corporis, & non dependet a corpore.*

*Ad tertium dicendum, quod dictum Dio. ac. cipi potest secundum quandam Metaphoram, & similitudinem; non, quod in Dæmonibus sit propriè furor, sive irascibilis, nec concupisibilis, nec phantasia, quia non sunt nisi in habitibus corpora; sed quia non sine dementia a Deo se auerterunt, qui est summus intellectus: ideo sunt sensibilibus comparati, ut dicantur illa habere, sicut & animalia bruta habent, sicut & homo non intelligens comparatur iumentis insipientibus, quamvis non sit ipse iumentum. Sic Dæmon a suo intellectu se auertit, est animalibus sensibilibus comparatus, quamvis non sit ipse animal sensibile tantum. Vel possumus dicere, quod Dæmon est concupiscentia demens: malum sibi finem proponendo: est furor irrationalis, huiusmodi hinc malo modo prosequendo, est phantasia proterua: suo malo fini irrecuperabiliter adhæredo, ut dicatur esse proterus. quia ab eo, quod male incepit, auerti non potest. Igitur quia huiusmodi male proprietates habentum futorem concupiscentiam, & phantasiam insunt per quandam similitudinem Dæmonibus, dicti sunt Dæmones per quandam similitudinem habere talia.*

*Ad quartum dicendum, quod nos, & Di, & nos, & angeli sumus rationales accipiendo rationale largè, prout se extendit ad intellectuale. Nam propriè loquendo nos sumus rationales, angeli intellectuales, ut vult Dio. 6. de diui. nom. Cum ergo subditur in arguento, quod rationale est differentia animalis, dici debet, quod non est differentia animalis rationale, prout se extendit ad intellectuale, & ut conuenit angelis, nisi acciperetur animal largè: prout Angelus potest dici animal.*

## Resolutio Dub. I.

*Angeli corporei non sunt: nec corporibus naturaliter vñiti adiò sunt, ut ipsorum formæ: aut ita determinatè aliquorum corporum Motores dici possint, ut aliorū esse nequeant. Idq; ipsorū Angelorū patet multitudine, nec nō natura, ac virtute.*

**A** D id vero, quod quærebatur: Vtrum angelii, vel Dæmones dato, quod non sint naturaliter vñiti corporibus tanquam formæ: Vtrum possint eis esse vñiti tanquam motores mobilibus: Dici debet, quod tripli via investigare possumus, substantias spirituales, ut angelos, & Dæmones non esse vñitos naturaliter corporibus, non solum tanquam formas, sed nec etiam tanquam motores, ut Prima via sumatur ex multitudine angelorum, & Dæmonum: Secunda ex natura ipsorum: Tertia ex virtute eorum.

*Prima via sic patet: Quia secundum Dion. 8. de Angel. Hierar. Multæ sunt ille beatæ militiae superantes secundum nos infinitam, & coarctatam materialium commenfurationem. Plures enim creduntur esse species angelorū, quam rerum sensibilium. Nec mirum, quia omnia sensibilia sunt inter animam rationalem, & materiam primam: omnes autem intelligibles substantiae inter animam rationalem, & Deum. cum ergo plus distat anima rationalis a Deo, quam a materia prima, quia plus distat creatura quælibet a Deo, quia distat in infinitū, quam a quacunq; alia creatura; omnia sensibilia, & materialia habent quasi coarctatum spaciū, quia sunt inter duas creaturas. Intellectu alia autem habent quasi infinitum spaciū, quia sunt inter animam, & Deum. Congruum ergo est, quod in ampliori spacio plura existant. Multæ itaque sunt illæ intellectuales mentes, & superant istam coarctatam materialium multitudinem non ergo possunt omnes illæ substantiæ habere corpora naturaliter sibi vñita, etiam tanquam motores, cum plures sint, quam sint huiusmodi corpora, quia non est numerus militum eius sed qua ratione aliqua illarum substantiarum sunt separatae a corporibus, ut non sint eis naturaliter coniunctæ tanquam motores, pari ratione & omnes sunt sic separatae, quia si naturale esset eis sic coniungi, omnes essent coniunctæ, quia quod naturale est, sequitur naturam totam, nisi accidat impedimentum, quod esset ridiculum in angelis ponere: Vnde & illi, qui aliquo modo posuerunt naturalem vniuersitatem inter substantias separatas, & corpora, nullam posuerunt substantiam separatam, quæ nō moueret. Ideo posuerunt eas in valde paruo numero, ut non dicentur eas esse plures, nisi quot sunt sphærae cœlestes, ut patet per Philosophum.*

*Angelorum  
numerus te-  
tum corpo-  
reum non  
merum ex-  
cedit. Vide  
suprad. 2.*

**C** 12. Meta. Nos autem, qui sequentes veritatem, & inspirationem diuinam, ponimus illas intellectuales substantias in tanto numero, non dicemus eas esse motores corporum: eo etiam modo, quo Philosophi posuerunt. Nam quod conuenit

*Tex. c. 47.  
vñq; ad 51.  
& in cal-  
ce. com. 43.*

uenit omnibus, & semper, & non potest eis non conuenire, quodammodo videtur sequi naturā eorum, & esse quodammodo naturale. Quia ergo mouere corpora secundum doctrinam Philosophorum conuenit omnibus intelligentijs, q̄a secundum eos nulla est intelligentia, quæ nō moueat, & semper, quia semper mouet, & impossibile est, quod non mouant: ideo videtur hoc secundum eos ad naturam eorum reduci, quod sic se habeant. Et quia videbat, quod non mouent nisi per intellectum, & voluntatem, quia si corpora illa sunt animata, nō habent de virtutibus animæ, nisi intellectuam, & desideratiuam, vt dicit Commen. in 12. Metaph. Ideo sic posuerunt intelligentias mouere corpora supercælestia per intellectum, & voluntatem, quod etiam hoc eis sit omnino naturale, quia voluntas fertur in finem quasi naturaliter, iuxta illud Philosophi in 3. Ethi. Finis natura, vel qualitercumque videtur, & adiacet. Posuerunt itaque, quod optima dispositio intelligentiæ est, quod moueat, vt in hoc quasi esset eorum finis, in quem fertur voluntas naturaliter, vt intelligentiæ non tanquam formæ, tamen tanquam motores haberent corpora naturaliter sibi vñita. Propter quam naturalitatem tales motores corporum etiam eorum formas vocate voluerunt, vt dicentes eas esse iliorum corporum animas, non quia fieret ex eis vnum secundum esse, quia, vt ait Commen. in 8. Metaph. nihil est ibi, quod animetur per animas, vel quod vivat per vitam: innuens ex hoc, q̄ non fiat ex intelligentijs, & cœlo vnum secundum esse, sed solum secundum motum, tamen quia habent quandam naturalem inclinationē ad talē motum, q̄ mouēdo sunt in optima dispositione: ideo, vt hoc exprimerent, dixerūt intelligentias sic mouentes esse formas, & animas cœtorum. Sed, q̄ non sit optima dispositio intelligentiæ, q̄ moueat, circa finem. 2. de Gene. sufficienter ostendimus, nunc autem scire sufficiat, q̄ cum plures sint intelligentiæ, quam sint ipsa corpora, non potest esse naturale intelligentijs, q̄ corpora moueant, vt & hoc modo dicatur naturaliter habere corpora sibi coniuncta, immo quia naturalem vñionem non possemus ponere, nisi ad corpora perpetua, & incorruptibilia, quæ valde pauca sunt. Quia quædam sunt incorruptibilia secundum totum, & secundum partes, vt cœli. Quædam secundum totum non secundum partes, vt elementa. Quædam & secundum totum, & secundum partem, vt mixta. Ad corpora itaque mixta, quæ sunt per omnē modum corruptibilia, non erit coniunctio intelligentiarum naturalis. Si dices, q̄ erit ad alia. Cum ergo elementa non sint nisi quatuor, nec tamen omnia sint mobilia, quia terra est immobilis, & in æternum stat, & corpora supercælestia sint in paucō numero, q̄a si vellemus numerare eccentricos, & deferentes, secundum eos, qui plures posuerunt, nō sunt nisi quinquaginta quinque, vt dicit Philosophus in 12. Metaph. Ridiculū est dicere, q̄ in tā paruo numero essent intel-

Ar. Eth. 1.  
c. 3.

c. 12. & in  
fine 1. cap.  
de substantia  
obiis.

Liber de  
gen. ante  
2. sentent.

t c. 47.  
Nota de in  
telligentijs.

A llgentiæ. Non ergo omnes intelligentiæ mouēt, vt hoc tanquam competens omnibus possimus ad naturalitatem reducere, vt dicamus naturale esse intelligentijs, q̄ hoc modo corporibus sint coniunctæ. Non enim hoc conuenit omnibus, quia non omnes mouent, immo solæ in seriores mouent, quia, vt dicit Dionysius. 7. de diuī, nomi semper fines priorum coniungit Deus principijs secundorum: Sola ergo ultima in intelligentijs attingunt supra in corporibus, & non solum non conitenit omnibus intelligentijs impetrare corpora, sed etiam non conuenit eis semper, quia aliquando nō erit tempus, quod est passio primi motus, cessabit enim primus motus, & cessabit generatio, & corruptio, cum erit completus numerus electorum. Ex ipsa ergo multitudo ne intelligentiarum, & ex ipsa paucitate corporum, & specialiter corporum incorruptibilium, quia talia maximè videntur esse apta nata moueri per intelligentias, patet q̄ mouere corpora non sequitur naturam intelligentiarum, secundum q̄ huiusmodi, vt dicatur hoc eis esse naturale, quia nec omnes mouent, nec semper mouebunt.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex ipsa natura intelligentiarum. Nam mouere corpora non solum non sequitur secundum se naturam intelligentiarum simpliciter, quia non omnes intelligentiæ mouēt, vt dicebat ratio prima, sed etiam non sequitur secundum se naturam huiusmodi intelligentiæ. Fuit enim Philosophorum error, q̄ omnes intelligentiæ mouerent, & etiam q̄ sic mouerent, q̄ non possent aliud corpus mouere, nisi illud, qd mouent, vnde intelligentiæ huiusmodi in inferiora mouere nō possunt secundum eos, nisi mouendo supercælestia corpora, ideo dicitur in 7. Metaph. q̄ nullum immateriale transmutat materiale, & si immaterialia mouent secundum eos materialia, hoc est mediante aliquo corpore transmutabili, vt mediatis cœlo. Ex quorum positione sequitur, q̄ intelligentiæ sint naturales motores orbiū, sicut anima est naturalis motor corporis proprij. Nam licet huiusmodi corpus moueat per appetitum, dicitur tamen naturalis motor eius, quia ex natura sua determinatur, vt moueat hoc corpus, & non aliud. Nam & si anima potest mouere aliud corpus, quā proprium, hoc non erit nisi mediante corpore proprio, ponere ergo intelligentias esse sic naturales motores orbium, vt nihil mouere possint nisi orbes; vel si alia mouent, q̄ hoc faciant medianibus orbibus, est ponere naturam intelligentiarum dependere ab orbibus. Nam si natura animæ nō dependeret à proprio corpore, nunquam sic determinaretur ad id corpus, q̄ nullum aliud mouere posset, nisi per motum sui corporis. Natura itaque intelligentiarum, quia non dependet ab aliquo corpore, non determinatur ad aliquod corpus, vt dicatur naturalis motor illius corporis, sed simpliciter erit motus ille voluntarius, incessanter tamen agunt illum motum, quia voluntatem habet omnino subie-

C Error Philosphorum de intelligentijs.

D T. c. 22.

*subiectam suo Creatori, ut sic per voluntatem mouantur, ut voluit Creatoris sapientia ordinare.*

*Coniunctio per essentiam, & vice tamen quid differentia.*  
Tertia via ad hoc idem sumitur ex virtute intelligentiarum, nam non est similis coniunctio substantiarum spiritualium cum corporibus, quia coniunguntur eis per essentiam, dando eis esse, ut quando coniunguntur per virtutem, dando eis motum. quia primo modo coniunguntur corporibus, ut formae: secundo modo, ut motores tantum, differentia autem est inter esse formam, & motorem tantum, quia semper est tanta proportio formae ad materiam, ut forma perficiens hoc corpus non possit aliud corpus species perficere quantuncunque sit infra illud corpus, ut anima perficiens corpus Leonis, nunquam posset perficere corpus Canis. Sed non est sic de motoribus, quod enim mouet corpus maius, potest mouere corpus minus: dato, quod differat specie ab illo corpore, ut quod mouet massam ferri, posset mouere massam lapidis, si non plus ponderaret, quam ferrum: forma tamen perficiens ferrum nunquam posset perficere lapide, nisi lapis fieret ferrum. Cum ergo intelligentiae sic coniungantur corporibus mobilibus, & immediate non coniunguntur eis per essentiam, sed solum per virtutem, non poterunt determinatae sic se habere ad hoc corpus, & non possint mouere aliud corpus: & quia natura dicit esse quid determinatum ad unum, patet Angelos, vel Dæmones, vel quascunque intelligentias non habere corpora naturaliter sibi unita, nec sicut formae, ut probat quæstio prima: nec sicut motores, ut quod per naturam determinantur ad aliqua corpora, ita sint motores illorum corporum, & non possint esse motores aliorum, ut declaratur est in hac quæstione secunda.

*Homo quo Deos facere possit.*  
Tomo 4.  
RES P. AD ARG. Ad primum dicendum, quod Homo non potest facere Deos, nec potest alligare Dæmones corporibus, & non possint separari ab illis, sed si hoc sit, erit per priuatost contractus inter homines, & Dæmones, sicut dicit Aug. 83. q. quæstione de miraculis Magorum: ubi vult, & quicquid tales faciunt, per priuatost contractus faciant, dato tamen, quod cogerentur, & compellerentur ad talem unionem, ut ex hoc dicetur homo facere Deos, quia potest naturam intelligentiarum compellere, ut coniungantur aliui corpori, non tamen hoc est naturale, sed magis, quasi violentum, & ex compulsione.

Ad secundum dicendum, quod semper unius est connexum, & nunquam est, quin angelii, siue boni, siue mali sint in aliquo corporali loco: tamen ex natura sua non determinantur ad hunc locum, vel ad illum: & si est ibi determinatio, hoc non erit ex natura, sed ex congruentia, ut cœlum. Empytreum est congruus locus Angelis beatis, & iste aer caliginosus tanquam cancer, propter nostrum exercitium usque ad diem iudicij est congruus locus angelis damnatis. Post diem vero iudicij ipse infernus erit eorum locus congruus. ex connexione itaque unius est non solum non arguitur, quod per naturam determi-

A sentur ad mouendum aliqua corpora, sed etiam non concluditur, & determinantur ad aliqua loca corporalia.

Ad tertium dicendum, quod Augustinus raro assertio loquitur de Angelis. Vnde cum dicit eos habere corpora, dicit accipiendo hoc ex sententia aliorum.

### Resolutio Dub. II. Lat.

*Angeli, ut suppositum nature, corporibus uniri non possunt: Id quod patet ex limitatione nature, supposito, ex que natura ipsius esse probatur.*

**D** id autem, quod queretur, virtus natura liter, i.e. determinate possint Angelii, vel Dæmones comparati ad aliqua corpora: & si non, ut formae, nec, ut motores: scilicet, ut supposita, ut dicas unio naturalis ad corporalem naturam, vel quia perficit illam naturam tanquam forma, vel quia determinata mouet corpus, cuius est illa natura, ut non possit aliud corpus mouere, nisi mouendo corpus proprium, seu determinatum: vel quia tanquam suppositum sustentat illam corporalem naturam. Quærit ergo ista quæstio: Vtrum possit suppositum angelicum uniti naturæ corporali: sicut suppositum diuinum unitum est naturæ humanae, ut unum, & idem suppositum esset Angelus, & corpus, sicut una, & eadem persona divina est Deus, & homo. Quod non esse possibile, triplici via declarare possumus, sicut in talibus tria etiam contingit considerare, naturam, suppositum, & esse. Ostendemus enim naturam angelicam, & suppositum, & esse in Angelis sic determinata, & limitata existere, ut non possit in tali supposito natura angelica sustentari, ut idem sit Angelus, & Homo, vel Angelus, & quodcunque aliud, sicut idem est Deus, & Homo.

Prima ergo via sumitur ex limitatione ipsius naturæ. Dicemus enim, quod sicut natura se habet ad naturam, sic se habebit suppositum ad suppositum. Illa ergo natura, quæ non est limitata, sed est quodammodo omnis natura, & potest supplere vices cuiuslibet naturæ, suppositum in tali natura non erit, quid limitatum, sed poterit supplere vices cuiuscunque suppositi, huiusmodi autem est natura diuina, quæ continet omnes naturas creatas, & potest supplete vices omnium talium naturarum, sine dependencia eius: ut quicquid potest natura diuina cum natura ignis, potest sine natura ignis: & omnes alios effectus, quos facit natura diuina mediantibus, aliis naturis, ut mediantibus causis secundis, potest facere sine illis. Dum tamen ex hoc non ponatur dependencia, & imperfectio in natura diuina. Non enim si natura diuina, mediante natura ignis, potest perficere formalitet materiam ignis, poterit talem materiam formaliter perficere sine tali natura, quia natura diuina formalis perfectio alicuius materiæ esse non potest. tunc enim est

*Angelorum ratio ad corporis tripliciter sumi potest.*

*Natura diuina, & creaturae differentia.*

est dependens, & imperfecta, tamen si natura divina potest aliquid calefactibile caleficere, mediante natura ignis, poterit hoc factus finis talis natura, quia ex hoc nulla dependentia nec imperfectio ponetur in Deo. In his ergo, ex quibus non ponitur dependentia, & imperfectio in natura divina, poterit huiusmodi divina natura supplerre vices omnium aliarum naturarum. Siq[ue] & suppositum diuinum poterit supplerre vices omnium aliorum suppositorum, ut si suppositum diuinum sustentat naturam humanam mediante supposito humano, poterit huiusmodi suppositum sustentare naturam humanam in seipso absque aliquo supposito creato. Nam suppositum increatum poterit supplerre vices suppositi creati, sicut natura divina naturae creatae. Sed cum angelus habeat determinatam, & limitatam naturam, ut nihil possit facere nisi adhibendo semina, & adhibendo alias naturas: erit & suum suppositum limitatum: ut sicut natura angelii non potest supplerre vices aliarum naturarum, ut quia non potest sine seminibus; nec potest sine alijs naturis, quod potest cum eis, sic suum suppositum non poterit supplerre vices aliorum suppositorum, ut possit angelus in proprio supposito sustentare naturam cuiuscunque alterius suppositi.

Suppositi  
diuini &  
creati q.  
secundum.

Secunda via sumitur ex limitatione ipsius suppositi secundum se, in prima enim via deducatur limitatione suppositi ex limitatione naturae, prout comparatur ad alias naturas nunc autem arguemus limitationem suppositi secundum se, vel arguemus naturis limitationem suppositi, non prout comparatur ad alias naturas, sed prout comparatur ad propriam naturam, quia competit ei secundum talen naturam esse in determinata specie: & quia omne suppositum creatum, sive angelicum, sive quocunque aliud est determinata generis, & determinatae speciei, & quia limitatur, & determinatur ad certam speciem: Ideo ita supponit tale suppositum pro tali specie, & pro tali natura, quod non potest supponere pro alia natura, ut si suppositum humandum possit sustentare in se naturam equinam esset idem homo, & equus, propter quod illud suppositum non se haberet limitatem, & determinatam ad speciem humanam, cum possit supponere pro specie equina, quia ille idem, qui est homo, hac hypothesi stante, potest esse equus. Cum ergo dictu sit hoc esse de ratione cuiuslibet suppositi creati, quod determinetur ad certam speciem, natura alterius speciei in se sustentare non poterit. Poterit ergo in supposito diuino sustentari natura alia, quia huiusmodi suppositum per suam naturam non determinatur sic ad aliquam speciem, quod non possit sustentare naturam cuiuscunque speciei, quod de suppositis creatis esse non potest, cum ad aliquam speciem limitentur.

Effe diu-  
nū, & crea-  
tū quo-  
mo-  
do diffe-  
rit,

Tertia via ad hoc idē sumitur ex parte ipsius esse. Nam quia in suppositis creatis natura non est ipsum esse, sed est aliquid participans, & recipiens esse; oportet quod ipsum esse sit quod pat-

A recipiatum, & per consequens quid limitatum, secundum quod requiritur natura, in qua recipitur secundum modum recipientis, esse erga receptum in aliqua natura limitabitur. Secundum eam, ut non possit secundum illud esse sustentari nisi illa natura. Eontaque ipso, quod omne est se creatum est esse receptum in natura, non poterit per illud esse sustentari alia natura, & quia hoc est naturam creatam esse in supposito sustentari per elle illius suppositus & quia illud esse limitatur secundum naturam illam, non poterit per ipsum sustentari natura alia. Suppositum ergo diuinum, quod non habet esse limitatum, nec habet esse receptum in natura, sed ibi esse est infinitum, & est idem, quod ipsa natura, poterit per huiusmodi esse, quasi per aliquid non limitatum, nec finitum, sustentari quæcunque natura. Propter quod potest suppositum diuinum ad suum esse personale admittere quamcunque naturam, quod non potest suppositum creatum. Suppositum itaque angelicum non solum propter limitationem naturae, & propter limitationem suppositi in natura, sed etiam propter limitationem sui esse participati à natura, non poterit ad suum esse personale admittere quamcunque aliam naturam, non poterit ergo idem suppositum angelicum esse Angelus, & corpus, nec vniuersitate corporali, sicut suppositum vnitur naturæ. Possumus autem si volumus omnes has rationes reducere ad unam, & dicere, quod in tribus differunt natura diuina à natura creata. Primo quia illa natura potest supplerre vices aliarum naturarum. Secundo quia non determinatur ad species. Tertio quia non habet esse limitatum, nec participat esse, sed est ipsum esse. Ideo suppositum diuinum potest supplerre vices aliorum suppositorum, sicut sua natura aliarum naturatum, & potest supponere pro alia natura, & potest ad suum esse personale admittere quamcunque naturam, in quibus omnibus deficit quocunque suppositum creatum, ut non possit in se sustentare quamcunque aliam naturam.

Cossemus etiam, si vellemus, quartam differentiam assignare inter naturam divinam, & naturas alias, ut ex hoc ad propositum quarta ratione sumi posset. Nam cum dicimus, quod in uno supposito creato non sustentatur nisi una natura, intelligendum est de natura substantiali, & de natura perfecta, & completa, quia, si vellemus hoc etiam intelligere de natura accidentiali, certum est, quod in eodem supposito creato sustentantur plures naturæ, ut natura substantialis, & accidentalis: vel etiam plures naturæ accidentiales: vel etiam, si vellemus hoc intelligere de naturis imperfectis, ut de partibus naturæ; certum etiam est, quod in eodem supposito creato sustentantur plures naturæ se habentes, ut partes, cuiusmodi sunt natura materia, & natura formæ, non tamen sustentatur in eodem, creato supposito, nisi una natura substantialis corporalis. Natura ergo accidentalis, quia dependet ex natura substantiali, q[uia] nec intelligi potest substantia-

Natura di-  
vina à na-  
tura creata  
differit in  
bus.

Differentia  
quarta.

substantiali natura, propter dependentiam, quam habet ad huiusmodi naturam, potest sustentari, & sustentatur in eodem supposito cum tali natura: & quia omnes naturae creatae etiam substanciales non minus, immo magis dependent a natura diuina, quam naturae accidentales a sua substantiali natura; poterunt naturae creatae sustentari in eodem supposito diuino cum natura diuina, si-  
cū naturae accidentales sustentantur in eodem sup-

posito creato cum sua substantiali natura. verum quia connexio naturae creatae in eodem supposito ad sua accidentia est naturalis; ideo talis unio est necessaria; sed naturae creatae ad suppositum diuinum, vel ad naturam diuinam in eodem sup-

posito est ex diuina ordinatione. ideo talis unio secundum diuinum propositum est voluntaria. Comparan-

B tur ergo aliquo modo naturae substanciales crea-

te ad Deum, quasi accidentis ad substancialiam, hoc forte voluit ille, qui dixit, quod Deus est, respe-

cet cuius substancialia est accidentes. Apostolus etiam veritatis amator, naturam humanam in verbo accidenti assimilat dicens: Et habitu inuen-

tus, ut homo. Sicut ergo in eodem supposito creato potest esse natura accidentalis cum natu-

ra substanciali, sic in supposito verbi poterit esse alia substancialis natura cum sua natura: quia aliae substanciales naturae ad diuinam naturam modo, quo diximus, quasi accidentia ad substancialiam comparantur. Et quia in hoc deficit natu-

ra creata a natura diuina, quod non comparan-

tur ad ipsam aliae naturae substanciales tanquam accidentia: deficiet in hoc suppositum creatum à supposito diuino, ut non possit in tali sup-

posito sustentari alia substancialis natura, sicut sustentantur in eodem supposito, quasi acciden-

ti simili cum substanciali natura, nūquam enim suppositum in aliqua natura potest sustentare in se aliam naturam, nisi illa huiusmodi alia natu-

ra, quasi modum accidentis induat, omnis enim natura alia sic sustentata, licet non oporteat, quod sit accidentis, quandam tamen modum accidentis habet ex tali tamen modo non debet talis unio

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod si verbum Dei est nobilis, quam Angelus; non propter hoc sequitur, quod possit Angelus vici naturae corporali in unitate supposui, sicut verbum est unitum naturae humanae: immo ma-

gis sequitur oppositum. nam verbum illud

est sic nobilis, quod non habet limitatam naturam,

nec est limitatum suppositum, nec habet limita-

tum obiectum. & quia omnes aliae naturae etiam sub-

stantiales modo, quo diximus, comparantur ad diuinam naturam, quasi accidentias: & quia An-

gelus substantialitates non habet, ideo potest hoc suppositum verbi quod non potest suppositum Angelis.

Ad secundum dicendum, quod Angelus est corporeus respectu Dei, non quod habeat in se naturam corpoream, nec tanquam naturam pro-

verbū cur  
naturae hu-  
manae vici  
poterit,  
Angelus au-  
tem non na-  
turæ corpo-  
relli.

Angelus cur  
corporeus  
respectu  
Dei.

A priam, sicut habet Lapis, vel Leo, nec tanquam naturam assumptam, sed quia aliquid patruct-  
pat de conditionibus corporis, vt quia diffini-  
tur in loco: & sicut corpus cum est in uno loco,  
non est in alio: sic Angelus, cum est in terra, non  
est in celo: & sic diffiniri in loco, Deo non com-  
petit, quia celum, & terram ipse implet.

Hec 23.

Ad tertium dicendum, quod dictum August. de Demonibus, quod sint corporei, non est secundum opinionem propriam, sed secundum opinione alienam.

## A R T I C. II.

*An Angelis possint sibi assumere  
corpus.  
Conclusio est affirmativa.*

D. Tho. 1. p. q. 51. art. 2. Et 2. sent. d. 8. q. 1. artic. 2. Et in q. disp. de Pot. q. art. 7. D. Bon. d. 8. art. 1. q. 1. Hol. koth. q. 4. Alex. de Ales p. 2. q. 34. Sco. d. 8. q. 1. Ric. d. 8. q. 2. Biel. d. 8. q. 1. Dorbeld. d. 8. q. 1. artic. 2. Vo-  
xil. d. 8. q. 1.



D secundum sic proceditur: vi-  
detur, quod Angelus non possint  
assumere corpora, nam secun-  
dum August. 7. super Gen. Ani-  
ma habet in se aliqua, sicut sunt  
intellectus, & ratio, secundum  
quae incomparabiliter excellit omne corpus. Ar-  
guatur ergo sic: Suprema insimorum attingunt,  
infima supremorum. suprema ergo in anima at-  
tingunt infima in Angelo, sed anima secundum  
sua suprema non vnitur corpori, quia intellectus  
nec est corpus, nec virtus in corpore. ergo Ange-  
lus etiam secundum sua infima non poterit ha-  
bere unionem ad corpus, sed non posset Angelus  
assumere corpus, nisi secundum aliqua sua vni-  
tetur corpori: ergo &c.

Tomo 3.

Tomo 3.

C Præterea: sicut se habet spiritus unitus ad se-  
parationem, sic videtur se habere spiritus separa-  
tus ad unionem, sed spiritus coniunctus, ut ani-  
ma, non potest separari a corpore, cum vult: ergo  
nec spiritus separatus, ut Angelus, poterit uniti  
corpori, cum voluerit, sed si posset assumere cor-  
pus, posset secundum suam voluntatem uniti cor-  
pori: ergo &c.

Præterea natura non agit propter finem, nisi  
rememorata a superioribus causis, ut ab intelli-  
gentiis, vt dicit Comment. 12. Meta, sed in rebus  
naturalibus, quia natura operatur propter fine  
nihil inuenitur frustra. ergo multo magis non  
inuenietur frustra in intelligentiis, si ergo Ange-  
li assumerent corpora, vel hoc est propter esse,  
vel propter operationem: non propter esse, quia  
non habet esse per corpus, nec propter operatio-  
nem, quia fortior est virtus libera, & separata a  
corpore, quam coniuncta: frustra ergo est talis  
assumptio.

Auctor. 12.  
Met. Com-  
ment. 12. sub  
finem.

Præterea: Si Angelis assumunt corpora, hoc ne-  
erit,

erit, quod sint eorum formæ, ut supra sufficien-  
ter ostendebatur: erunt ergo eorum. Motores.  
Idem ergo erit Angelus assumere corpus, quod  
mouere ipsum. assumerent ergo Angeli omnia  
corpora, circa quæ operantur, quod est fal-  
sum.

**P**ræterea: Si angeli assumerent corpora, essent  
in illis corporibus: vel ergo esset angelus (cum  
corpº omne sit diuisibile) pars in parte, vel totus  
in qualibet parte: non pars in parte, quia intelli-  
gentia est substantia, quæ non diuiditur, ut patet  
in 7. propositione de causis. esset ergo totus in  
qualibet parte, & per consequens in pluribus  
locis, quod est inconueniens.

**I**n C O N T R A R I V M est, quia aliquā-  
do Angelus appareret, & statim disperaret. hoc nor-  
posset esse, si esset verū corpus animalis, in quo  
apparet, quia non ita cito dissolui posset.

### Dub. I. Lateralis.

*An Angeli assumant verum cor-  
pus humanum. Conclusio.  
est negativa.*

D. Th. 2. sentent. d. 8. q. 1. art. 3. D. Bonau. d. 8. art. 2.  
q. 1. Voril. d. 8. q. 4. Brul. d. 8. q. 4.

**A**LTERIVS dato, quod Angelis pos-  
sint assumere corpora, in quib⁹ pos-  
sint apparere, dubitaret fortè aliquis:  
Vtrū illa corpora assumpta sint ve-  
rē talia, sicut apparent: vt si appareret Angelus in  
specie hominis: Vtum assumat verum corpus  
humanum. Et videtur, quod sic, quia ad verum  
corpus humanum non requiritur nisi debita or-  
ganizatio, & debita complexio. sed in corpore  
assumpto ab Angelo est debita organizatio, qæ  
sunt ibi oculi, nares, aures &c. ergo est ibi debita  
complexio, quia debita organizatio non proce-  
dit nisi ex debita complexione: vt ideo differunt  
membra cerui à membris leonis, quia differt com-  
plexio cerui à complexione leonis, ergo erit cor-  
pus assumptum ab angelo verum tale corpus.

**P**ræterea Angelus secundum Isido. de sum-  
mo bono. lib. 1. cap. 10. est nomen officij, nō na-  
turæ. dicitur enim Angelus, quasi nuncius veri-  
tatis. Arguat ergo sic: Ad nūnciū veritatis nō  
spectat decipere, sed oportet tale quid esse, sicut  
se ostendit. sed si angelus appareret in forma ho-  
minis, dicit se habere verum corpus humanū,  
ergo &c.

**P**ræterea secundum Dio. 2. de Angeli. Hierar.  
huiusmodi apparitiones sunt, vt ipsi Angeli  
propria, & rationali reductione nobis prouideant,  
quomodo nos reducāt. ex proprietatibus  
ergo rei apparentis Angelus, qui appareret, redu-  
cit nos in proprietates suas. Si ergo appareret in  
corpore humano ex proprietatibus humani cor-

### Quæst I.

**A** potis, ipse Angelus apparens, reducet eos, qui-  
bus appareret, ad contemplationem suarum pro-  
prietatum. sed proprietates non deserunt illud,  
cuius sunt proprietates. igitur si sunt ibi proprie-  
ties corporis humani, ibi videtur esse corpus  
humanum, ergo &c.

**I**N C O N T R A R I V M est, quia aliquā-  
do Angelus appareret, & statim disperaret. hoc nor-  
posset esse, si esset verū corpus animalis, in quo  
apparet, quia non ita cito dissolui posset.

### Dub. II. Lateralis.

*An plures Angeli in eadem specie  
corporali apparere possint.  
Conclusio est affir-  
mativa.*

**V**LTERRIVS dato, quod sic appareant  
Angeli in aliqua specie corporali, ut  
puta in specie hominis, vel in aliqua  
alia specie, dubitaret fortè aliquis;  
Vtrum in eadem specie possint apparete supe-  
riores, & inferiores, & videtur, quod non, quia  
Diony. 3. de Ange. Hierar. diffiniens Hierarchiā  
dicit, quod est ordo. i. ordinata potestas, sciētia,  
& actio: sed quæ ab ordinata potestate proce-  
dunt, oportet, quod secundum ordinem fiant,  
videlicet qæ superiora manifestentur per superio-  
ra, inferiora per inferiora, non ergo per easdē  
species corporales manifestabuntur superiores,  
& inferiores: sed cum corporalium specierum  
quædam sint superiores, quædam inferiores, per  
superiores manifestabuntur superiores Angeli,  
per inferiores inferiores.

**P**ræterea, vt dictum est, ideo apparent Angeli  
hominibus in specie corporis, ut per proprieta-  
tes speciei corporalis, in qua appareret, manu du-  
camur in proprietates ipsorum apparentiū An-  
gelorum, sed cum non sint eadem proprietates  
superiorum, & inferiorum Angelorum, non ap-  
parebunt in eadem specie corporali superiores,  
& inferiores.

**I**N C O N T R A R I V M est, quia aliquā-  
do apparuerunt plures Angeli simul in eadem  
specie, vt in eadem specie humana, sicut Abrá-  
hæ, vt habetur Gen. Apparuerunt tres viri, Gen. 18:  
qui etant Angeli in specie hominum. Sic etiam  
Loth apparuerunt duo Angeli i specie duorum  
vitorum, vt habetur Gen. sed non sunt duo Gen. 19:  
Angeli æquæ simplices, quia & in eodem ordine  
secundum Dio. de Ange. Hierar. aliqui superio-  
res sunt, aliqui inferiores. Si ergo non sunt duo  
Angeli æquæ simplices, quia cum sint formæ per  
se existentes, specie differunt: & plures Angeli  
possunt apparere, & aliquando apparuerunt in  
eadem specie corporali, ergo &c.

Hierarchia  
quid.